poſsit recuſari,imo innuitur contrarium, ex quo dicit text.ꝙ
eſt legitima cauſa delegandi alteri.poterit ergo recuſari, vt eſt
tex. hic indiſtincte loquens . ¶Septimo quando iudex fuiſſet
conſultor, vel præſtitiſſet conſilium in cauſa,aut prius ꝑ acto-
rem, vel reum conſultus reſpondiſſet quid iuris ſeu ipſum ius
habere,& ita tenuit Archi.in c. ſi contra vnum.de offi.dele. in
vj.& Bal.in c.de cauſis.col.7. & aduerte ꝙ aduocatus licet ad-
uocationem ſuſcepiſſet & ſecreta audiſſet , tamen ex hoc ſolo
non poterit recuſari ſi fuit datus in iudicem contra eum con-
tra quẽ ſuſceperat aduocationẽ in illa cauſa,vt per gl. in c.di-
lecto,de teſti. & hoc qñ nondũ propalaſſet voluntatẽ ſuã.alias
aũt quando aduocatus ſuã voluntatem iam propalaſſet , tunc
eſt ꝙ põt recuſari ſuſpectus & non prius . & ita Imo. & Panor.
in c.irrefragabili.§.exceſſus.de offi. or.pro quo bene facit d.l.
prætor.& ꝙ tenent Archi.& Io.An.in d.c.ſi contra vnum.& li-
cet Inn. & Io.An.in d.§. exceſſus,velint ſimpliciter ꝙ aduoca-
tus poſsit recuſari ſuſpectus eoipſo ꝙ aduocationem accepta
uit & ſecreta cauſæ audiuit dato ꝙ alias ſuam voluntatem nõ
declarauerit.& ita tranſit ibi d.Ant.ſed prius dictũ magis pla-
cuit ibi Bart. in d. l. prætor . ¶Octauo ſi iudex fuit teſtis in cã
arg. l.fi. in princi. & in fi.C. de aſſeſ. & ff. de teſt. l.fi. & ita te-
nuit Spe.d.§.ſupereſt.ver.itẽ ſi fuit teſtis . ¶Nono quando ip-
ſe iudex poſito ꝙ non fuiſſet aduocatus in cauſa dummodo ta
men aliquis de eius familia ſit aduocatus partis.de hoc tamen
dic,vt dictum eſt.ſ.in vlt.gl. ¶Decimo omnis cauſa ſufficiens
in iure ad remouendum procuratorem ſeu arbitrum ſufficit
ad recuſandum iudicẽ. & de hoc dic, vt ſ.in j.q. ¶Vndecimo
canonicus põt recuſari in cauſa alterius canonici eiuſdem ec
cleſiæ,vt eſt tex.in d.c.cũ R.& idem ſi eſſet ſpecialis ſocius ad-
uerſarij ar.d.c.cũ R.& l.verum.in princ.ff.pro ſoc. & ita tenet
Spe.in d.§.ſupereſt.ver. item ſi eſt canonicus.intelligens præ-
dicta niſi eſſet iudex in cauſa alterius canonici. tunc.n.par cau
ſa affectionis tollit ſuſpitionẽ,vt d.l.nõ ſolum.& ſ.in gl. ¶Xij.
quando iudex eſſet cõmenſalis ſeu familiaris alicuius partis ,
vt eſt tex.in d.c.inſinuante. & in c.j.& in c. accuſatores.3 .q.5.
& gl.in d.c.j.ponit, qui ſint familiares.& dicit Imo.in d.c.in-
ſinuante ꝙ eo ipſo ꝙ ep̃s eſt ſuſpectus cenſeẽ cõſequenter ſu-
ſpectus eius officialis ꝙ no.& idẽ eſſet ſi iudex eſſet comes ad-
uerſarij , ſiue ſi aduerſarius ſit de familia ipſius iudicis ſeu li-
bertinus.l.ſenatus. ff.de offi.præſi. & l.j.C. ſi quacunq; prædi.
poteſtate. & ita tenet Spec.d.§.ſupereſt.verſi.item ſi comes.&
idem Io.An.in d.c.legitima . ¶Xiij.quãdo iudex eſſet vaſallus
impetrantis,ar.23 .q.5.de forma.& in d.c.accedens.& in d.l.fi.
C.de aſſeſ.& ita tenet Spe.in d.§.ſupereſt.in prin. & idem ſi iu
dex eſſet clericus impetrãtis ſm Io.An.in d.c.legitima.¶Xiiij.
quando iudex licet non ſit cõmenſalis ſeu familiaris alicuius
partis, eſt tamen cõmenſalis vel familiaris alicuius qui eſt ini
micus parti. poterit tũc per illam partẽ recuſari.tex. eſt in d.c.
accedens.& ita ibi Panor.& Butri. ¶Xv.quando ſuffraganeus
eſſet iudex delegatus in cauſa metropolitani , vel quando
ſuffraganeus eſſet delegatus aduerſarij mei,vt eſt tex. in c.ij.vt
lite nõ cõte. & tenet Spe.in d.§. ſupereſt.ver.item ſi eſt ſuffra-
ganeus. intellige tamen ꝙ iudex ordi. eſſe poſsit inter metro-
politanũ & ſubditum ipſius ſuffraganei. & ita tenet Io.And.in
d.c.ij.& Pan.ibi in fi.& Spec.in d.ver. item ſi eſt ſuffraganeus.
quid aũt ſi impetraret contra te in iudicẽ ep̃m meum. videtur
ꝙ poſsit recuſari.ar.d.c.accedens. ¶Xvj.quando iudex eſt dñs
impetrantis tex.eſt in c. cãm,quæ inter R.ſ.de offi.dele. & te-
net gl.hic.& facit.3 .q.5 .accuſatores.el iij.de quo vide ꝑ Inno.
in c.ex tranſmiſſa.de fo.compe.vbi vr̃ tex.in ꝯrium. poteſt di-
ci ꝙ ibi eſſet dominus vtriuſq; partis, vnde par cauſa affectio-
nis tollit ſuſpicionẽ,vt ſ.in gl.ſm Imo .in d. c.cauſam. ¶Xvij.
nõ ſolum ſi iudex ſit ſubditus aduerſarij.ſed etiam quando iu-
dex eſſet ſubditus & de diſtrictu inimici alterius partis litigan
tis coram eo,licet talis inimicus aliter non litiget cũ parte vel
coram illo iudice , vt eſt tex.in d.c.accedẽs.& ibi Pan. ¶Xviij.
quando iudex eſſet ſocius impetrantis.vnde dicit Spec.in d.§.
ſupereſt.ver.quid ſi eſt ſocius.ꝙ ſocius in domo nõ poteſt eſſe
iudex conſocij.& poterit recuſari durante habitatione . & ita
etiam Panor.in d.c.accedens. ¶Xix.quando iudex eſt oriũdus
de terra impetrantis,vt in d.c.accedens.ſed intellige prout in-
telligit ibi Hoſti.& Io.An.quando eſſent duo de eadem patria
in alienis partibus,quia cũ conſueuerunt ſe multum diligere,
in dicto caſu verum eſſet ꝙ alter poteſt recuſari ſi foret iudex
in cauſa alterius oriundi de ſua ciuitate. & etiam tenuit Spec.
in d.§.ſupereſt.ver.item ſi ſit de terra . ¶Xx.quando iudex qui
eſt ciuis eſſet iudex inter ciuem & forenſem . intellige non de
ordinario ſed de delegato per tex.in d.c.ſtatutũ.§.cum vero.cũ
ibi no.de reſcrip.in 6.ſm Panor.in d.c.accedens.licet do .An.
ibi dicat ꝙ hoc eſſet arbitrium inſpecta qualitate ipſius iudi-
cis . ¶Xxj.quando iudex eſſet nimis fauorabilis alteri parti , vt
in d.c.accedens.& in c.ad hæc.de reſcrip. & tenet Io.An.in d.
c.legitima. & aduerte, qa dixit ſin.Cy. in l.ij.C. vt quæ deſunt.
ꝙ iudex poteſt reducere parti ad memoriam factũ de quo re-
colit,vt priuatus.puta pactum de non petendo factum defun-
cto, vel aliter niſi per hoc diceretur nimis fauorabilis ipſi par-
ti per no.30.q.5 .iudicantem.in glo.& ita ſequitur Imo.in l.iij.
§.hoc autem.in fi.ff. de dam.infec.ꝙ no. quando autem dicat
iudex nimis fauere alteri parti relinquitur arbitrio iudicis co-
gnoſcentis de ipſa ſuſpicione ſecundum Butri.& Panor. in d.
c.accedens.& idem eſſet in omni alia cauſa per quam conclu
ditur ꝙ iudex nimis diligit alteram partem ſecundum Spec.in
d.§.ſupeſt.ver.item ſi ſit inimicus meus. & ver. idem ſi nimis.
& tenet Panor.in d.c.accedens.debet tamen exprimi in recu-
ſatione ſpecialis cauſa fauoris ſm Io.And.ibi,& in d.c.legiti-
ma.& adde ꝙ ſpecialis cauſa fauoris eſſet quando iudex nimis
animoſè procedit in præiudicium alterius partis . ita tex. in c.
ij.de in inte.reſt.in ver.nimis animoſè . vbi ita ꝯcludunt Imo.
& Panor.in ij.col.pro quo facit, ꝙ dicitur in ſimili in teſte qui
animoſè loquitur,nam ſibi nõ crediẽ & ſuſpectus cenſeẽ. lxv.
di. ſane.& ibi per gl.& tenuit Bal.in l.teſtium. C.de teſt.col.8.
¶Xxij.ſi iudex ſit datus ad petitionem alterius partis. ff.de iu.
l.obſeruandum.tenet Spec.ver.item ſi ad petitionem.de quo
tamen plenius habetur in d.c.ad hæc.idem dicit Arch.Io. An.
in d.c.ſi contra vnum.de offi.dele.in vj. ꝙ iuſta cauſa recuſan-
di iudicem eſt ſi procurator ſibi cauſam committi fecit . & ita
Bal.in d.c.de cauſis.colũ.7.¶Xxiij.quando ipſe iudex procura
uit ſe impetrari & ſibi cauſam committi.ar.l.quę omnia.ff.de
proc.& ita tenet Io.An.in d.c.legitima.& Spe.ver. item ſi ipſe.
¶Xxiiij.paternitas doctoralis non eſſet ſufficiens cauſa,vt do-
ctor poſsit recuſari in cauſa ſui diſcipuli , vt in auth. habita. &
ibi Bal.in §.verũm,col.2.C.ne fi. pro pat.tenet glo. in l.nemi-
ni.C.de aduo.di.iudi. & 12.q.j. omnis ætas.& Ioan.And. in c.
cauſam.ſed Spec.in verſi. quid de magiſtro.adducit d.c. cãm.
pro contraria parte , quia ſi ſubditus impetrat in iudicem do-
minum qui alias eſſet ſuus ordinarius contra alium poteſt re-
cuſari.ita ergo ſi ſcholaris ꝯ nõ ſcholarẽ ĩpetret doctorẽ ſuũ ,
tũc.n. poſſet recuſari niſi ĩpetraſſet ꝯ aliũ ſcholarẽ qa eſſet par
cauſa affectionis,vt d.l.non ſolum.ſm Spec.in d.verſi.quid de
magiſtro.& no.hanc limitationem . ¶Xxv.quando iudex hẽt
conſimilem cãm,vt ſ.de iudi.c.cauſam.ij.& ibi Pan.in fi.quo
intelligaẽ conſimilis cã.& facit.c.ꝑſonas.ſ.de teſti.¶Xxvj. quã
do vnus eſſet iudex alterius,vt quia quando impetraui contra
te Titiũ,& tu impetraſti cõtra me Seyum. nã hi reciproci iudi
ces ſunt ſuſpecti.ar.16.q.2.viſis.ibi,humanũ eſt veteri &c.inde
eſt quod nullus põt eſſe conſeruator deputari ſibi cõſeruato-
ris,vt c.fi.de offi.dele.in vj.& ita tenet Io.An.in d.c. legitima.
& Spe.in ver.ſi vnus.arbitrio tamen iudicis relinquiẽ , vt vide
But.in c.cãm.ij.in fi.ſ.de iu.¶Xxvij.quando à iudice eſt appel
latũ,quia grauauit partẽ.tunc.n.eſt ſuſpectus appellanti in illa
cauſa

ADDITIO.

a ¶Vide cauſas hic.j. enumeratas ad recuſandum Iudicem vſque ad 40.

cauſa,& in omni alia,vt in c.ad hæc.ſ.eo.vbi vide plenè dicta de hoc,& adde, ꝙ iudex procedendo iniuſtè etiam extraiudicialiter,nō poteſt amplius in illa cauſa procedere iudicialiter, quia ſatis redditur ſuſpectus alteri parti. proceſsit eīm primo, vt priuata perſona, & ſic videtur ſe conſtituiſſe aduerſariū, ſicut in ſimili voluit gl.in ver.copiam.in c.ſtatutum. in prin.de reſcri.in 6.que dixit,ꝙ ſi iudex aſſumpſit defenſionē ſuper ſuā iuriſdictione,& ſic conſtituit ſe partem,non poteſt cognoſcere,an ſua ſit iuriſdictio cum faciat ſe ſuſpectū, & ita dixit Pan. in c.conquerente.de reſti.ſpo.col.3.per ea quæ no.glo.in ver. proponere,de quo ar.vide plenè dicta in c.ad audientiam.ſ.e. ti.in pe. col. Item adde an ſola pendentia appellationis inducat iuſtam ſuſpitionē in alijs cauſis diuerſis,antequā ſit pronūciatum ſuper appellation. vr̄, ꝙ ſic & ſatis eſt iuſtificare appellationem coram arbitris,& ſic probare veritatem cauſæ appellationis,ꝙ iudex grauauerit. de quo tū vide in d. c. ad hæc,in j. & 2.q.¶Xxviij. qn̄ recipit preciū, vel fuit ſubſtitutus hæres ab impetrāte,ſeu donatarius,ar.c.cum ab omni.j.de vi.& ho.cle. & in l.Iulianus.ff.de iu.ſm Io.An.in d. c. legitima. & Spec.in ver.itē,quia preciū.¶Xxix.qn̄ iudex primæ cauſę eſt factus,ſeu ſubrogatus iudex appellationis,qa in illa eſt ſuſpectus,vt l.eos. in prin.& ibi gl.C.co.ti.& facit c.accepta.ſ.e. & tenet Spe.in ver.itē ſi prius.in ti.de ap.§.nunc tractemus.circa fi. ¶Xxx. qn̄ cā incępit ad iudicē pertinere,vt in d.l.Iulianus.& idē ſi cauſa modo aliquo tangat iudicē, vt quia tenetur de euictione rei ꝓ qua agitur.2.q.6.biduū.& tenet Spe.ver.itē ſi cā.¶Xxxj.quando iudex eſſet fideiuſſor partis,ſed an frater, ſeu ↄſanguineus fideiuſſoris poſsit recuſari in cā ipſius rei principalis. Spec. in d.§.ſupereſt.in fi.arguit pro & ↄ̄.& vr̄ reſidere,ꝙ non poſsit recuſari,cum frater,vel ↄſanguineus iudex nō ſit principalis debitor,& ad eum non ſpectat cōmodum, vel incommodū. ſed cogita, quia videretur ↄ̄rium dicēdum, ex his, quæ ſunt dicta ſ. & maximè per no.in d.c.inſinuāte.& in d.c.cū cām.¶Xxxij. quælibet inimicitia in iudice inducit ſuſpicionem ēt ſi nō ſit capitalis,vel grauis,ſed ſufficit, ꝙ ſit probabilis,vt in c.cū ſup. de offi.dele.& 3.q.5.quia ſuſpecti,& ita tenuit gl.no.& Gemi. ibi in c.2.de procura.li.6.dēt tamen cā inimicitiæ in ipſa recuſatione particulariter exprimi. & nō ſufficeret in genere allegare inimicitiā.ita determinat no.Ioā. An.in d.c. legitima. & adde,ꝙ non inſpicitur, an talis inimicitia habuit fomitem ex veritate,an ex falſo,aut ab ipſis partibus,aut a tertio.ita no.dicit Inn.in c.cum I. & A. de re iu. ¶Xxxiij.quando iudex eſſet inimicus domini ipſius partis, quia ꝑꝑ dominū recuſat̄ aliqs de tota familia & eↄ̄,vt in l.j.C.ſi quā prędi.po.& ita dicitSpe. in d.ver.item ſi inimicus domini,& ſequitur Io.An.in d.c.legitima.¶Xxxiiij.quando iudex eſſet familiaris,& commenſalis inimici alicuius partis corā eo.ar.d.l.j.& ibi Bal.& facit c. repellatur.j.de accu.& ita tenet Spe.in ver.item ſi eſt familiaris. & Io.An.in d.c.legitima.ad idem tex.& Bar.in l. ſciendum. ff. de le.vbi voluit,quod non ſolum inimicus ſit ſuſpectus, ſed ēt amicus domeſticus inimici poterit recuſari . & facit tex.in d. c.accedēs.¶Xxxv.ſi quondam ipſe iudex fuit inimicus meus, licet reconciliatus.3.q.5.accuſatores. j.& facit c.propoſuit,ſ. e.& ita tenet Spe.in ver.item ſi quondam.& vide illam gl. no. de amico reconciliato in c.per tuas.j.de ſy. & no.per Bar. in l. 4.ff. de adi. leg. ¶Xxxvj. quando prælatus & iudex non amiſit partem ad oſculum,& ſic ad participiū humanitatis. tunc eīm pręſumitur inimicitia, & iuſta cauſa recuſationis ſm gloſ. & Doc. in d.c.ſuper.pro quo etiam gl.& no.in c. Adrianus,2.63. diſ.¶Xxxvij. quando iudex habuit dicere, ꝙ ſi poſſet libenter noceret parti aut ↄ̄ eam ſententiam proferret,ita tenet glo. & Doc.in d.c.cum ſuper. ¶Xxxviij. ſi iudex cum altera partium
a litem [a] habeat,ar.ff.de exc.tu.l.propter litem.& ita tenet Spe. ver.idem eſt ſi cum altera.& Io.An.in d.c.legitima.poſito etiā ꝙ cauſa,quæ foret cū iudice eſſet ſub nomine dignitatis, ſeu beneficij,& ita tenet gl.& Imo.in d.c.cum ſuper,ꝙ dictum bene no.¶Xxxix.quando altera pars ſecretè loquitur cum iudice ad aures ipſius iudicis:pōt iudex recuſari, niſi reuelet illud, quod dixit ſibi pars ſm Spe.ti.de poſi.§.2.ver.quid ſi ponēs,& ſequitur Do. An. & alij Doc.in d.c.accedens. probatur ꝑ tex. in c.cum ex iniuncto.de hære.ibi, ꝙ dixi vobis in aure prædicate ſuper tecta. ¶ Xl.& vltimo poteſt allegari ſuſpitio ratione loci non tuti,vt in d.c.accedens.& ſcias, ꝙ locus dicitur ſuſpectus,non ſolum quando nō eſt tutus in loco iudicij , ſed ēt quādo nō poſsit haberi acceſſus ad locū iudicij, niſi per terras inimicorū,vel alium locū ſuſpectum,vt eſt tex.no.in d.c.accedens.& dr̄ plenè de hoc in c.ex parte.T.j. e. Et vide ad omnia ꝑdicta.ſing.dictum Inn.in c.cū ſpeciali.j.eo.dicentis,ꝙ quando cauſa ſuſpicionis eſt certa,& in iure determinata.ſi iudex ꝓnunciaret ſuſpicionem non eſſe legitimam , ex illa cauſa ſnīa eſſet ipſo iure nulla,quia ↄ ius ſcriptum , vt 2. q. 6. diffinitiua. & in l.ſi expreſſim.ff.co.ti.verum, quia ſm omnes cauſæ ſuſpicionis non ſunt in iure expreſſæ, dicit Innocen,ꝙ omnes aliæ cauſæ reputantur legitimæ, quæ ſunt grauiores expreſsis in iure,& qn̄ hoc ſit, Iudicis arbitrio relinquit,ex quo ſi male arbitraretur poteſt appellari.ita dicit Inn. in c. cum ſpeciali. & facit gl.in c.ſuper his.de accu. & adde iam dictis,an ratione cognationis ſpiritualis inter iudicem,& partem poſsit iudex recuſari. videretur primo, ꝙ non,quia talis cognatio non repellit a teſtimonio, & pater regenerationis.i.qui leuauit de ſacro fonte poterit eſſe teſtis in cauſa eius filij ſpiritualis, vel econtra ſecundum Bal.in l.parētes.C. de teſti.ſed idem Bal.in l.generaliter.ff.de inius vo.fuit in contraria ſententia,vbi ēt no.referendo voluit Guil. de Cu. quem refert, & ſequitur ibi Ang. ꝙ talis filius ſpiritualis non pōt vocare patrem ſpiritualē in iudicio nō petita venia, arg.tex.in d.l.generaliter. ratione cuius vinculi ſpiritualis tenuit no. Bal.in auth.niſi rogati.C.ad Tre. ꝙ in ſubſidium pater ſpiritualis obligatur ad alendum filium ſpiritualem,& eↄ̄. cum hęc cognatio ſpiritualis ſit efficacior cognatione carnali,vt in l.ſi quis alumnam.C.de nup. ex quibus vr̄,ꝙ talis cognatio ſit iuſta cā recuſationis rōne affectiōis vinculi,& reuerētiæ,q̄ cauſat̄ ex tali cognatione ſpūali.& maximè cū ex faciliori cā recuſet̄ iudex recuſat̄, quàm teſtis.imo ꝓ modica cā iudex, vt patet ex ꝑcedētibus,& ita dicit gl.no.ad hoc in c.cū R.de of.dele. licet Io.An.ī c.Romana.§. ꝙ ſi obijciatur,ſup gl.in ver.minus legitima.c.ti.in 6.dixerit, ꝙ talis cā ſuſpitionis nō eſt a iure determinata,ſed ē dubia , an ſit legitimus,vel non.de quo tamen ſe remittit ad no.per eum in c.cū ſpāli.j.e.ſup gl.2.& ibi per Imo.in 8.col. in fi. de quo ēt ibi per Panor.idem dicentē,& allegantē Spe.ad hoc ti.de ap.§. nunc dicamus,col.j.in fi.per Imo.in c.prudentiam,col.14.ſuper gl. in ver.duobus & idē dicit Spe.de patrino,ſicut de ↄpatre.Secūdo adde,ꝙ iudex pt̄ recuſari,nō ſolū,qn̄ cēt ſolus, vt in c. ſi quis ↄ̄ clericū.de fo.ↄpet. ſed ēt ſi hēret alios collegas non ſuſpectos in cā tex.eſt in d.c.cām.de of.deleg. imo eſt tex.no.in d.c.cū ſup.de of.dele.ꝙ ſi in cā ſunt duo iudices,vel plures cū cl̄a,ꝙ ſi non oēs,vel ꝙ ſi ambo. licet vno recuſato poſsit alter, & alij ſoli in cā procedere,tū ſi fuit proceſſum in cā vna cū iudice recuſato redderetur totus ꝓceſſus inualidus,quia admixtio iudicis recuſati hēt vitiare totū dato,ꝙ alius ſine illo procedere potuiſſet,facit ratio l.ſicuti. & in l. ſi in tres.ff.de arbi. ¶Tertio adde, quia voluit Bal.in c.ad noſtrā.in fi. de prob. ꝙ iudex poſſit recuſari ſuſpectus,tanq̄ indiſcretus,aut ſi ↄſueuit eſſe iniquus,quia nō tenetur,quis ſe cōmittere iudici iniquo, & indiſcreto.ita Bal.ibi per illum tex.qd aūt ſi iudex eſt imperitus lr̄arū,an rōne imperitiæ poſſit recuſari ſuſpectus. vide ꝑ Cy.& alios in l.certi iuris.C.de iu.& no.Io.An. & Gemi.in c. ſtatutum.in prin.& in §.aſſeſſorem.de reſcrip.li.6. ¶Quarto, & vltimo adde,ꝙ non ſolum ipſe partes principal'r litigātes in iudicio.ſed ēt quilibet tertius comparens pro ſuo intereſſe poterit recuſare iudicem ex legitima cauſa ſuſpitionis,tex.eſt ad hoc no.in d.l.cum ſuper.& ſequuntur ibi Doc.

ADDITIO.

a ¶Litem habeat.An aūt hoc procedat ēt lite finita videndū eſt, quod plene ſcripſit Phi.Dec.in c.j.de iu.in prioribus,& poſterioribus lecturis. Col.

*SVMMARIVM.*

1 *An & bene ſententia ſuſpendatur per appellationem.*
2 *Sententia cenſuræ non ſuſpenditur per appellationem ſubſequentem, & quid per appellationem præcedentem.*
3 *An ſententia ſuſpenſionis ſuſpendatur per appellationem.*
4 *In quibus æquiparentur, & differant ſuſpenſio, excommunicatio, & interdictum.*
5 *Ep̄s an poſsit ſuſpendere interdictum latum a ſe, vel a ſuperiore.*
6 *Si durante ſuſpenſione ab interdicto, appellatur appellatio ſuſpendit effectum interdicti.*
7 *An ſuſpenſio, vel interdictum latum in perſonā poſsit ſuſpendi ad tp̄s.*
8 *An excommunicatio poſsit ſuſpendi, ſeu relaxari ad tempus.*
9 *An excommunicatus poſsit inuitus abſolui.*
10 *An Epiſcopus poſsit dare licentiam celebrandi in eccleſia, vel in loco interdicto.*
11 *An Papa poſsit dare licentiam excommunicato, vel interdicto celebrandi in diuinis.*

## CAP. XXXVII.

1 AD hæc quoniam. † Snīa interdicti non ſuſpenditur ꝑ appl'onē ſubſequentē.h.d.2.pars ibi,noucrit.No.j.ꝙ licet al's ꝑ appellationē ſuſpēdat̄ effectus ſnīæ, ēt ſi eſſet talis quæ traheret ſecum executionem, vt.ff. de inſa. l.furti.in tantum, ꝙ ēt ſi eſſet ſnīa capitalis, & vltimi ſupplicij, in qua condemnatus ad mortem fit ſeruus pęnę. l. qui vltimo. ff. de pe.tū per appellationē ſuā ſuſpendit.& iō interim integer eſt ſtatus appellātis,vt l.j.ff.nil.no.ap. pē. & ſi ꝑlatus eſſet depoſitus tū ꝑ appl'onē ſuſpēdit effectus ſnīæ.& iō interim ꝑt ſuā iu-
2 riſdōnem exercere.j.e.c.ſepè.& ꝑ gl. no.9.q.j. in ſumma. † tū

ſnĩa cenſurę eccľiaſticæ nõ ſuſpẽdit̃ p̱ appellationẽ ſubſequẽ
tẽ.iõ excõicatus ſuſpẽſus, vel interdictus, ſi appellaret interim
cẽt eodẽ mõ ſuſpẽſus excõicatus, vel interdictus, vt hic & j̃.e.
c.paſtoralis.& eſt ſpãle in ſnĩjs cẽſuræ: p̱ cẽſurã.n. eccľiaſticã
ↄprehẽdit̃ excõicatio, ſuſpẽſio, & inter dictũ, vt in c.q̃renti.de
ver.ſig.appellatio vero p̃cedẽs dictas ſnĩas ſuſpẽderet earũ ef-
fectus, & eas nullas redderet.de ſen.exc.p̱ tuas.& j̃.dicet̃.& ĩtel
3 lige hũc tex.de interdicto in ſpũalibus, & diuinis officijs:† ſe-
cus ſi interdictũ, vel ſuſpẽſio alia reſpiceret.tunc.n. appellatio
ſubſequẽs ſuſpẽderet effectũ talis interdicti, vľ ſuſpẽſionis: vn
de ſi iudex interdixit tibi ingreſſum ciuitatis, ſeu palatij appel
lãdo a tali interdicto ſuſpenderet̃ effectus ſnĩæ. imo voluit gl.
or.& mẽti tenẽda idẽ eſſe in ſuſpẽſione, vel interdicto a bene-
ficio. ita dicit in c.is cui.de ſent. excom. in 6. quicquid aliter
dixerit hic Inn.ex quibus infert̃, ꝙ ſuſpẽſus a Pontificalibus,
ſeu ab vſu palij appellando ſuſpenderetur effectus ſententiæ
ſm̃ Doc. hic. pro quo facit, quia ſuſpenſus a beneficio, ſeu a
pontificalibus, aut ab vſu palij celebrans in diuinis non incur-
reret irregularitatem, dictum eſt no. Inn. in c.j.de ſen. excõ. in
4 6.& Spe.ti.2.§.iuxta.ver.q̃d ſi Ep̃s.¶†In gl.j.ibi æq̃parant̃.ↄclu
de ſm̃ Inn.hic ꝙ hmõi ſnĩæ cẽſuræ æq̃parant̃ inter ſe. primo
hic in tex.q̃a ſicut appellatio nõ ſuſpẽdit excõicationẽ: ita nec
interdictũ, vt hic, nec ſuſpẽſionẽ, vt d.c.is cui.in fi.Scđo æq̃pa-
rant̃: q̃a ſicut excõicatio lata poſt appľonẽ lĩimã eſt nulla, vt
d.c.p̱ tuas. ita & ſuſpẽſio, vel ĩterdictũ.j̃.e.c. dilectus. Tertio,
q̃a oẽs hæ ſnĩæ cẽſuræ req̃runt monitionẽ p̃cedere.s̃.e.rep̃hẽ-
ſibilis.& dic vt ibi. Quarto, q̃a qlibet, vel excõicatus ſuſpẽſus,
vel interdictus a diuinis, aut a ſpũalibus celebrãs interim in di
uinis fit irregularis, vt in d.c.is cui.& in c.3.de cle.exc.a qua ir
regularitate ſolus Papa abſoluit, vt in c.j.& in c.clerici.de cle.
exc. Quinto, q̃a in his fit abſolutio pariter p̃ſtito iur̃o de parẽ
do mãdatis eccľiæ, de ſent.exc.venerabili. Sexto, q̃a in oĩ ſnĩa
cẽſuræ p̃t fieri relaxatio, & abſolutio ad cautelã, vt in d.c.vene
rabili.& j̃.in gl.Septimo, q̃a vtraq; ligat ſiue iuſta, ſiue iniuſta.
11.q.3.c.j.& c.ſi qs Ep̃s.& c. ſi qs p̄ſbyter. differunt tñ in aliq̃-
bus: q̃a excõicatio fert̃ in p̱ſonã, nõ ĩ locũ, vt in c.Romana. §.
in vniuerſitatẽ.de ſen.exc.in 6.ſed interdictũ p̃t ferri, tã in p̱ſo
nã, q̃ in loca, vt in c.nõ eſt.de ſpõ.& in c.fi.de ſen.exc.li.6.Secũ
do, q̃a excõicatus nõ p̃t ſuſpẽdi p̱ inferiorẽ a Papa, ſed interdi
ctus, ſic, vt s̃.in gl.Tertio, q̃a cũ interdicto eſt licitũ loq, & par-
ticipare: ſed nõ ſic in excõicato.de ſen. excõ.nup̱. & ita tenuit
5 Io.An.in d.c.j.¶†In ea.gl.ibi ſuſpẽdat ad tp̃s.aduerte, quia ex
gl.eliciunt̃ quinq; no.q̃ões.& primo, an Ep̃s poſſit ad tp̃s ſu
ſpẽdere interdictũ latũ a ſe, quia latũ a ſuperiore abſq; dubio
nõ poſſet.ar.c.paſtoralis.de offi.or.& de ma.& obe.c.cũ infe-
rior.gl.hic vr̃ in effectu reſidere q̃d poſſit.& idẽ ſequit̃ hic Io.
An. quia ſicut poſſet tollere in totũ. ita & ſuſpendere ad tps,
vt in reg.cui licet, li.6.& ff.de iudi.l.iudiciũ ſolui. & hanc par-
tẽ ſequunt̃ hic, Do.Flo.But.& Imo.& Inno.in c.vt priuilegia.
de priuile. & vr̃ aptè p̱bari in d.c.dilectus.§.quia vero. Sed Io.
de Lig.in quadã eius diſpu.tenuit ↄ̃riũ, ꝙ Ep̃s nullatenus poſ
ſit ſuſpendere interdictũ latũ a ſe, quia huius ſnĩę trahũt ſecũ
executionẽ, vt d.c.is cui.iõ executio ſeu effectus interdicti nõ
eſt ſeparabilis a ſubſtãtia.ad idẽ ẽt facit: quia maior eſt virtus
appellationis in ſuſpẽdẽdo effectũ ſnĩæ, q̃ p̃tãs ipſius iudicis:
patet, quia nõ p̃t facere p̃ ſes, quin dãnatus de furto ſit infamis.
l.nõ põt.ff.de fur.& tamẽ appellatio ſuſpendit infamiã iã illa-
tã p̱ ſnĩam, vt in d.l.furti. & tamen ipſa appellatio non põt ſu-
ſpendere effectũ interdicti, vt hic in tex.ergo minus poterit ip
ſe iudex. Nec ob.rõ Io. An.quia tollere in totum eſt ſm̃ nãm
actus: ſed ſuſpendere effectũ, vt non trahat ſecum executionẽ
eſt agere ↄ̃ nãm actus, ꝙ fieri nõ põt.ff.de p̃ca.l.cũ p̃cario.& p̱
glo.in c.2.de ↄſue.in 6.& ex his dicit Panor. ꝙ iſta opi. eſt ve-
rior de iure, licet alia ſit cõis.ſed certè põt reſpõderi dictis rõ
nibus: quia ſnĩa cenſuræ durat, & ligat ad placitum proferen-
tis, vt patet in c.ſignificaſti de eo, qui dux.in ma.cum ibi no.&
c.veniens.2.in fi.de teſti.iõ cum ab eius p̃tãte dependeat, po-
terit eius effectum ſuſpendere: ſecus in alijs ſententijs, quæ nõ
dependent a poteſtate iudicis, & ita procedat d.l. non põt. &
l.iudex poſteaq̃.ff.de re iu.& vide de his no.per Inn. in d.c.vt
6 priuilegia.† Secunda q̃õ eſt poſito, quod Ep̃s ſuſpendere poſ-
ſit interdictũ latũ a ſe ad certũ tẽpus, quid ſi durãte huiuſmo-
di ſuſpenſione a tali interdicto appelletur: an appellatio ſuſpẽ
dat effectum interdicti.Io.An.hic tenet, ꝙ ſic ſi a principio in
terdictũ fuiſſet latũ ſub ↄdõne, vt in c.p̃terea.j̃.eo. & iõ ẽt fini
to tempore ſuſpenſionis nõ hẽbit effectũ durante appellatio-
ne.& ita ſequunt̃ hic Imo.& Panor.per d.c.dilectus.vbi vr̃ p̱-
bari, ꝙ durante ſuſpenſione poſſit appellari ad effectum tenẽ-
di ſuſpenſionem quantũ durabit cã appellationis. & loquitur
ibi tex.formaliter de interdicto, vt ibi patet. dubiũ tamẽ facit
tex.hic quia appellatio nõ ſuſpendit.& quia tale cenſet̃ vnum
interdictũ.l.ſed ſi manente.ff.de preca.ſicut dr̃ idẽ vulnus, q̃d
reciduauit.l.maritus.ff.loca.ſecus quando erat perfectè ſana-
tum.ff.de ædil.edi.l.qui ita ſanatum. Item iſte caſus videtur ſi
milis homini habenti dilucida interualla, qui ſemper ſub eo-
dem curatore perſeuerat. C.de cu.furi.l. pe. facit etiam, quia
liberatus ad tempus finito tempore tenetur ex veteri obliga-
tione: nec eſt neceſſe, ꝙ iterum obliget ſe. ff. de pac.l. ſi vnus.
§.j.ſicut bannitus ſuſpenſo banno ad tempus finito tempore
poterit impune offendi: nec eſſet opus de nouo bannire ſecũ-
7 dum Bal.hic, ar.tex.in d.§.j.¶† Tertia quæſtio eſt an ſuſpenſio
vel interdictum latum in perſona poſſit ſuſpendi ad tp̃s, vt ſic
de licentia ſuperioris poſſit celebrare in diuinis. Cõcluſio eſt
ꝙ non, & rõ differentiæ ſit, quia locus interdictus non pecca-
uit, ideo poteſt ſuſpendi ſententia, & effectus interdicti lati in
locum: ſecus quando perſona, quę deliquit eſt ſuſpenſa, vel in
terdicta, & non eſt emendata.tunc.n.non põt ſuſpendi: & rõ
eſt, quia nõ põt pro parte eſſe in eccleſia, & extra eccleſiã ſm̃
Inno.in d. c. vt priuilegia, limitantẽ prædicta no. niſi perſona
eſſet ſuſpenſa, vel interdicta, ex delicto alterius. tunc enim poſ
ſet bene ſuſpendi ad tempus tale interdictum cũ ſit eadẽ rõ, q̃
in interdicto lato, in quo nõ peccauit, vt s̃. & ita ſequunt̃ hic
8 Doc.¶†Quarta q̃õ eſt an excõicatus poſſit ſuſpendi, ſeu rela
xari ad tp̃s. tenet hic Io.An.ꝙ nõ poſſit cõicari excõicato an
teq̃ ſit abſolutus.de ſen.exc.nuper.& c.cum deſideres.requiri
tur ergo abſolutio.& alio mõ eius effectus ſuſpendi non p̃t &
ita cõiter ſequunt̃ hic Doc.idẽ Inn.ĩ c.p̃terea.j̃.e. poſt mediũ.
& vr̃ ibi velle Inn.ꝙ in hoc non valeret priuilegiũ Papæ per c.
nulli.de ſen.exc.de quo ibi per Doc. & ꝙ de ſen.exc.nõ poſſit
fieri relaxatio, tenuit Io. And. in c.veniens.2. de teſti.& idem
ibi Panor. in fi.licet Imo.ibi per illum tex.in fi.velit ↄ̃riũ. ſed
certè ille tex.loquitur de abſolutione, nõ de relaxatione.& ita
eſt tenendũ.Adde tamen ꝙ ſubſiſtẽte lĩima cã excõicatus poſ
ſit bene abſolui ad tp̃s, & poſt tp̃s reincidit in eãdẽ excõicatio
nẽ.& iõ teſtis excõicatus, qui repellitur a teſtimonio.c. decer
a nimus.de ſen.exc.in 6.poterit abſolui [a] ad tempus quouſq; fe
rat teſtimoniũ. & poſt tp̃s reincidit in excõicationem.tex. eſt
ad hoc no.in c.veniẽs.2.de teſti.& idẽ eſſet in ſuſpẽſo ſm̃ Inn.
9 in c.olim, de acc.& Spe.ti.de teſti.§.j.ver. quid de ſuſpẽſo.† &
licet alias excõicatus non debeat abſolui, niſi ſit penitẽs, & pe
tat abſolutionẽ, vt eſt tex.ſin.in d.c. ſignificaſti. quia venia nõ
datur, niſi petenti, & correcto.vt in reg.peccati in 6. tamẽ quã
do ſubeſt iuſta cã põt excõicatus abſolui inuitus impenitens,
& nõ petens: quia abſoluitur ab excõicatio.& nõ a peccato &
ſic non obſt.d.reg.peccati.de quo ibi per gl. & ita tenẽt Doc.
in d.c.veniens. & ibi per Do.An. & Imo. & no. etiam in c. ab
10 excõicato. de reſcrip. quæ omnia ſin.tene menti. ¶ †Vltima
quæſtio eſt, an Epiſcopus poſſit alicui dare licentiam, vel pri-
uilegium celebrandi in eccleſia, vel loco interdicto.gl.no.hic
in fi.tenet, ꝙ non, dicens, ꝙ ſolus Papa hoc poſſet. & ita ſequũ
tur Doc.hic, quia ſtante interdicto ſolus Papa poſſet diſpenſa
re, & concedere, ꝙ poſſit celebrari in loco interdicto.& ideo
11 inferior non põt. † an tamen Papa poſſet dare licẽtiam excõi
cato, vel interdicto celebrandi in diuinis. Inn. videtur velle, ꝙ
non in c. præterea.j̃.e.poſt medium, dum allegat d.c. nulli.de
ſen.excom. de quo dic, vt ibi per Doc. & bene no. præceden-
tes quæſtiones, quia ſæpè de facto occurrunt.

ADDITIO.

a ¶Adde circa abſolutionem, quæ fit in teſte, vt ferat teſtimonium: ꝙ iſtud procedit, quando excommunicatio dicitur nulla. ſi autem dicatur iniuſta, nõ videtur, quod talis abſolutio debeat fieri, niſi in defectum aliorum teſtium, vt per Panor. in d.c.veniens. de quo vide Fel.ibi col. pen.

*SVMMARIVM.*

1 *An quando Archiepiſcopus poſſit cognoſcere de cauſis ſubditorum ſui ſuffraganei, & limitationem ad c.paſtoralis de offi.ordi.*
2 *Vide terminos, & differentiam appellationis iniuſtæ, & iuſtæ.*
3 *Appellans debet probare tria, & an ſi appellans non producit ſententiam, an appellatio fiat deſerta, & an teneatur producere ſententiam, & appellationem.*
4 *Ponit differẽtiam inter appellationem a diffinitiua, & ab interlocutoria.*
5 *Quamuis appellatio ab interlocutoria non poſſit iuſtificari ex noua cauſa põt tamen ex nouis probationibus cõcernentibus cauſam appellationis.*
6 *In diffinitiua, quod non eſt deductum, deducam, & non probatum probabo.*
7 *Sententia lata ex falſa cauſa poterit in cauſa appellationis confirmari, & iuſtificari ex alia cauſa.*
8 *Singulariter declaratur l.Titianus.ff. quod cum eo. & etiam declaratur, qualiter intelligatur illud vulgare, quod non deduxi deducam, quod non probaui probabo.*
9 *An ſententia lata ex falſa cauſa expreſſa in ſententia valeat, & poſſit reformari per iudicem appellationis.*
10 *Ad intellectum d.l.Titianus. quando ſit, quod iudex appellationis poſſit reformare primam ſententiam ex noua cauſa.*
11 *Iudex appellationis habet caſſare ſententiam latam ſuper libello, vel proceſſu inepto.*

12 *Officium iudicis appellationis eſt magis latum, quam officiũ iudicis a quo.*
13 *An poſitiones factæ in cauſa principali poſſint variari, & mutari in cau-
ſa appellationis & ibi proſequitur per multa exempla.*
14 *Vtrum ſit neceſſario appellandum in ſcriptis.*
15 *Ad quem pertineat exequutio ſententiæ, an ad iudicem ad quem, an ad iu
dicem a quo.*

## C A P. XXXVIII.

CVm in eccleſia. Iudex appellationis re-
mittit appellãtẽ ad prio
rem iudicem, niſi ſibi conſtiterit a grauamine, vel
ab iniuſta ſñia appellatũ. h.d. & primo narrat factũ,
1 ſecundo ibi, mandamus, prouidet. ¶†No. primo declaratio-
nem, & intelligentiam ad c. paſtoralis. de offi. or. nã Archieps
tunc poteſt ſe intromittere, & cognoſcere de cauſis ſubdito-
rum ſui ſuffraganei, qñ ad eum per iuſtam appellationem de-
feruntur. & ita procedat, ꝙ ibi hr. ſecus autem ſi cauſa ſit de-
lata ad Archiepm per iniuſtam, vel non legitimã appellatio-
nẽ. tunc. n. dẽt remittere partes, & cãm ad ipſum ſuffraganeũ,
ſeu aliũ iudicem, a quo erat appellatũ. tex. eſt hic clarus, & no.
2 ¶†Secundo tene mẽti ex tex. terminos, & effectus appellatio-
nis, qñ appellatio eſt ex iuſta cã interpoſita deuoluit iuriſdõ-
nem, & cãm totam ad iudicem ad quem nec debent partes, &
cã remitti ad iudicem a quo. ita procedat tex. in c. accepta. ſ̃.
eo. qñ aũt appellatio eſſet iniuſta, & non legitima, aut non iu-
ſtificata in proceſſu, tunc dẽnt partes, & cã remitti ad iudicẽ
a quo, vt illius iudicio pareant. tex. eſt hic no. & licet alias dica-
tur, ꝙ iudex a quo ſit ſuſpectus appellãti, ſ̃. c. ad hec. iſtud eſt ve-
rum, qñ appellatio fuit iuſta, & legitima. ſecus ſi iniuſta. tunc
enim cauſa, & partes, ad eum remittuntur nec poſſet recuſari,
3 vt hic patet, & eſt plene dictũ ĩ d. c. ad hæc. ¶†Vltimo nota ibi
tibi conſtiterit. quod nunq̃ prẽſumitur appellatum, aut legiti
mè ſiue ex iuſta cã: niſi hoc per appellantẽ probetur. & iõ dẽt
appellãs producere appellationẽ, & probare tria. primo ſe ap-
pellaſſe. ſecundo ꝙ ex legitima cã. 3. ꝙ appellauerit. j̃. 10. dies,
pro quo ẽt bonus tex. in c. Romana. §. ſi vero. eo. tit. in 6. vbi
ita tradit Io. An. dicẽs, ꝙ appellans tenetur probare, & produ-
cere appellationem, & ipſam ſñiam, a qua appellat cum alias
nõ poſſit bene probari, quod appellauerit, j̃. 10. dies a die ſen-
tentiæ, vt in auth. hodie. C. eo. tit. niſi faciat fidẽ de ſñia, & die
latæ ſñię, & tunc conſtabit, an appellauerit. j̃. 10. dies, alias em
cã non eſt deuoluta ad iudicem ad quem, vt d. §. ſi vero. & hic.
& vide etiam no. per Bar. & Bal. in l. hi qui, C. eo. tit. de quo tñ
vide plenè dicta. j̃. eo. bonæ. col. 10. in ver. 8. debet appellari,
vbi ſin. de his, & per Cy. in l. per hanc. C. de tempo. appel. in 4.
q. vbi ſimiliter tenet, ꝙ ille, qui appellat tenetur ꝓducere ſen-
tentiam. quid autem ſi non producat, an appellatio fiat deſer-
ta. vide dicta in ca. ex ratione. ſ̃. eo. co. 15. in ver. 2. quæritur, in
4 fi. ¶†In gl. in ver. iuſta, in fi. nota vnam differentiam inter ap-
pellationem a diffinitiua, & ab interlocutoria, quia in appella
tione a diffinitiua non requiritur aliqua cauſa. ſatis eſt dicere
appello. l. j. in fi. l. cum ſe. ff. eo. tit. ſed in appellatione ab inter-
locutoria requiritur cauſa grauaminis nominatim exprimi.
j̃. e. vt debitus. & cle. appellanti. e. ti. vbi eſt expreſſum, ꝙ appel
latio ab interlocutoria non poteſt iuſtificari ex alia cã, niſi ſo-
5 lũ nominatim in appellatione expreſſa. †Scias tamen, ꝙ appel
latio ab interlocutoria, licet non poſſit iuſtificari ex noua cã,
põt tñ iuſtificari ex nouis & diuerſis probationibus: quia di-
ſpoſitio. l. per hanc. & c. cum Ioannes. habet locum etiam in
appellatione ab interlocutoria, dũmodo ad probationem cãę
expreſſæ in appellatione concludant. ita Cyn. in d. l. per hanc
in j. & 2. q. & Bal. in addi. ad Spe. ti. de appel. in 9. car. ver. etiã ſi
6 ab interlocutoria. ꝙ no. † ſed appellatio a diffinitiua poteſt iu
ſtificari ex nouis cauſis, & ex nouis ꝓbationibus, vt eſt tex. no.
in l. Titianus. ff. ꝙ cum eo. quia ꝙ non eſt ꝓbatũ probabo, &
ꝙ nõ eſt deductum deducam in cã appellationis, vt l. per hãc.
7 C. de tempo. ap. & in c. cum Ioannes. ſ̃. de fi. inſtr. † iõ in cauſa
appellationis ſñia lata ex falſa cã poterit iuſtificari ex alia cã
vera, & confirmari ex alia cã, q̃ ex cã q̃ iudex aſſumpſit, vt d. l.
8 Titianus. † intellige hoc verum, qñ noua cã, ex qua iudex ap-
pellationis moueretur, compræhendebatur in primo iudicio,
ſeu ex actis, & proceſſu primæ cãæ, ſaltem implicitè: ſecus ſi ta
lis noua cauſa nullatenus includebatur. tunc. n. ex illa iuſtifi-
cari non poſſet. C. de pet. hære. l. hæreditas. ff. de euic. l. minor.
§. ſi ſeruus. l. Bebius. ff. de pac. do. ita ſing. Bal. in l. ſi is. ff. de ac
quir. hære. & Imo. ibi & facit l. non põt. ff. de iudi. & no. hanc
9 ſin. declarationem ad l. Titianus. † & ſecundum prędicta dẽt
intelligi id quod no. Butr. in c. cum dilecti. j̃. de emp. & vend.
dicens, ꝙ ſententia lata ex cauſa non legitima expreſſa in ſen-
tentia non valet, nec poteſt reformari per iudicem appellatio
nis, licet ex alia cauſa non expreſsè potuiſſet iuuari. alle. ꝙ ha-
betur in c. ex parte. c. dilectus. & c. cum ſuper, de conceſ. præb.
10 † tu intellige, & limita, vt ſ̃. & adde aliam no. limitationem ad
prædicta, & ad d. l. Titianus, quia licet iudex appellatio. poſſit
ſupplere defectum iudicis a quo, & ex noua cauſa cõfirmare,
ſeu reformare ſentẽtiam eius, vt d. l. Titianus, & d. c. cum Ioã-
11 nes, in fi. † illud eſt verũ, niſi proceſſus, vel libellus, ſeu modus
agendi eſſet ineptus: tunc. n. iudex appellationis habet caſſare
ſñiam, tanq̃ latam ſuper libello, ſeu proceſſu inepto reſeruato
iure apte agendi. tex. eſt ſin. in c. cum dilecti. j̃. de emp. & ven.
quem ad hoc no. Bal. in l. 2. C. de reſcin. ven. in ver. 14. quæro,
& ita ſequitur Imo. in d. c. cum dilecti. col. 3. & idẽ ibi Panor.
col. j. & vide. j̃. eo. c. dilecto. in ver. 10. quęritur, circa fi. & vide
ad prædicta no. per Bal. in addi. ad Spe. e. ti. in 8. car. in ver. offi
12 ciũ iudicis. † vbi ex prædictis dicit, ꝙ officium iudicis appella
tionis eſt magis latum, q̃ officium iudicis cãæ principalis cũ
poſſit ſupplere, vt ſ̃. etiam pro abſente. iõ ſubdit Bal. ꝙ in cau
ſa appellationis valet confeſſio facta abſente parte, qa iudex
ſupplet. l. ampliorem. §. j. C. eo. quod no. Item adde ad l. Titia
13 nus, & ad l. per hanc. C. de tẽp. appel. † ꝙ poſitiones factę poſt
li. conte. in cauſa principali poſſunt mutari in cauſa appella-
tionis, & admittitur variatio, vt ſi egi rei ven. in j. cauſa, & vo-
lui probare dominium per ſentẽtiam, vel per traditionem po
tero in cauſa appellationis probare per prẽſcriptionem, vt no.
per gl. no. in d. l. per hanc. ſufficit. n. ꝙ ſub libello poſſit inclu-
di, vt ibi no. & in d. l. Titianus. ita Bal. in addi. ad Spe. eo. ti. in
9. car. in ver. poſitiones facti. Item adde, ꝙ ſi petij a te bouem
& fuiſti abſolutus, appellaui, & in cauſa appellationis volo ꝓ-
bare de equo, non poſſum, quia non poteſt mutari libellus, &
proſecutio appellationis debet eſſe de eadem re non de diuer
ſa. ita Bal. in dictis addi. in ver. petij a te. ſecus dicit Bal. ſi mu
tat cauſam circa eãdem rem, vt ſ̃. proximè eſt dictũ, vnde ſub-
dit Bal. ibi in ver. egi contra colonũ. ꝙ ſi egi ꝯ colonum actio-
ne arborum furtim cęſarum, ſed in cauſa appellationis volo
proſequi actionem ex locato, certè non poſſum, quia nouum
eſt capitulum. Itẽ vbi actiones tolluntur in electione non poſ
ſum variare, ſm Bal. ibi ponentem ẽt ꝙ ſi in cauſa principali
reus oppoſuit exceptionem pacti de non petendo, an poterit
in cauſa appellationis opponere exceptionem non numera-
tæ pecuniæ, & an ſi pendente appellatione factum ſit authori
pactum de petendo, an poterit actor illud allegare. de quibus
vide ibi per Bal. & plenius vide per eum in vlt. car. in prin. in
ver. qualis eſt libellus. & vide. j̃. in c. per tuas. col. 4. in ver. qua-
liter ſit concipientis libellus, in fi. vbi plura dicta no. circa hoc
plene. & vide de omnibus prædictis per Bal. in d. l. per hanc, in
14 2. car. & ibi ẽt per Saly. † Scias tamẽ quod tam ab interlocuto
ria, q̃ a diffinitiua vtroq; caſu appellatio dẽt interponi in ſcri-
ptis, vt in c. j. eo. ti. li. 6. licet gl. de interlocutoria dixerit con-
trariũ, & malè in d. l. j. cum ſe. ff. e. ti. de quo vide plenè. j̃. c. vt
debitus, col. 10. ver. 2. quęritur. & ver. 3. q̃ritur. & ſatis eſt por-
rigere ſcripturam appellationis, licet non ſit authentica, & li-
cet aliter non legatur corã iudice, a quo appellatur, tex. eſt ad
15 hoc no. in c. appellatio. eo. ti. in 6. ¶In gl. in ver. alioquin, in fi.
dicit hic Panor. ꝙ iſte tex. optimè facit pro illa opi. ꝙ iudex a
quo exequatur ſententiam, & nõ iudex appellationis, qñ fuit
confirmata per iudicem appellationis ex primis actis: ita ꝙ ꝯ-
ſtet appellatum fuiſſe ex iniuſta cauſa: tũc enim remittitur re-
cuſatio ad priorem iudicem, vt hic clarè probatur ſecundum
eum, quod dicit eſſe bene no. de quo tamen ar. ad quem perti-
neat executio ſententiæ, an ad iudicem ad quem, vel ad iudi-
cem a quo, vide ordinatè per Doc. in c. paſtoralis. §. preterea
hic alleg. per Bar. in l. a diuo Pio, in prin. ff. de re iud. per Bal. in
authentica, ſi quis litigantium. C. de Epiſcopa. audi. & ibi an a-
gatur ex confirmante, vel confirmato.

*S V M M A R I V M.*

1 *Appellans, qui deſerit ſuam appellationem, & proſequendo coram iudice
appellationis dicitur primam eius contuma. iam purgare, & poterit ex
nouo grauamine appellare.*
2 *De virtute verbi liberè.*
3 *Appellans eſt exemptus a poteſtate iudicis a quo in illo articulo, in quo ap
pellauit non in alijs.*
4 *Quando ſit, quod iudex a quo appellatur, non teneatur poſt appellationem
citare amplius appellantem ab eo.*
5 *Regula ne liceat tertio appellare, qualiter intelligatur, & habeat locum.*
6 *Vide limitationem ad. l. quod iuſſit. ff. de re iud. & ad c. cum ceſſante, & c.
ſi iudice. etiam eo. in 6.*
7 *Appellatio eſt communis etiam parti, quæ non appellauit in tantum, quod
tertio poterit appellare, & adhærere appellationi aduerſarij.*
8 *Regula, ne liceat tertio appellare, procedit etiam in cauſa matrimonij, &
alijs, quæ non tranſeunt in rem iudicatam, ſed de nouo debet cauſa a-
gitari.*
9 *Princeps non poteſt reparare appellationem deſertam, ſed etiam indulge-
re tertiam appellationem, niſi faceret ex certa ſcientia, & de plenitudi
ne poteſtatis.*

10 *Sententia lata ſuper tertia appellatione eſſet nulla, & ſententia contra ſen tentiam quæ tranſiuit in rem iudicatam etiam eſt nulla, & requiratur quod illud excipiatur.*

11 *Licet tertio non appelletur an ſaltem liceat de nullitate ſententiarum vel vnius earum dicere.*

12 *Caſus in quibus non licet appellare niſi ſemel, ibi remiſsiue.*

## CAP. XXXIX.

DIrectę. Si appellãs qui nõ proſeqtur redit ad iu
dicem à quo & iterũ grauet̃, nõ ob. pri-
ma deſertione, põt iterũ appellare. h.d. & ſecunda
1 pars ibi, rñdemus. † No. j. quod appellãs, qui deſerit
ſuã appľonẽ, & ꝓſequitur corã iudice à quo, cenſet̃ tunc eius
primã cõtumaciã ſi qua erat purgare, in tm̃ quod ſi poſtea gra
uetur iterum ab eodẽ iudice poterit ex nouo grauamine iterũ
appellare, nec poteſt excludi vigore primæ contumaciæ & ap-
pellationis deſertæ, quaſi decætero non debuerit audiri appel-
lans. 2. q. vj. §. ſunt quorũ. & in l. poſt edictum. §. fi. ff. de iudi. &
in clem. j. de do. & cõtu. nam iſtud ꝓcedat niſi contumax pur-
gauerit proſequendo eam coram iudice à quo. tex. eſt hic no.
2 de quo. j. ¶ † No. ij. ibi libere poſſe vti: quod licet alicui ſuper
aliquo actu detur libera ptãs, debet intelligi & reſtringi ad ter-
minos iuris per hoc enim non poteſt grauare illum contra iu-
ſtitiã. tex. eſt hic quem nota ad materiam Bar. in l. fideicõmiſ-
3 ſa. §. quacunq;. ff. de le. j. & l. alio. ff. de ali. leg. ¶ † Vltimo tene
menti tex. ibi exemptum. quod per appellationem legitimam
appellans eximitur à ptãte & iuriſdictione iudicis a quo. facit
c. ſi à iudice. eo. tit. lib. vj. & c. ſuper quæſtionum. in fi. de offic.
dele. de quo in c. paſtoralis. j. c. & intellige quod ſit exemptus
in illa cauſa & in illo articulo vbi appellauit, nõ autem in alijs
4 ſeparatis. s. eo. c. ſuper eo. j. & c. propoſuit. vbi de his. ¶ † In gl.
j. ibi, renunciando. ſi appellatio erat deſerta nõ erat neceſſaria
alia renunciatio cum appellatione fingit̃ ipſi renunciatũ & ha
bet̃ acſi nunq̃ appellatũ fuiſſet, vt in l. 2. & fi. C. de temp. app.
ſed dic, ꝙ ideo hic renunciauit expreſſe vel alio mõ tacite, vt
ſic cõſtaret de purgatione eius ꝯtumaciæ. nec ob. c. perſonas.
& c. cũ ſit. s. eo. vbi dr̃ ꝙ deſerens appellationem non auditur
vlterius appellãs, qa debet intelligi qñ ex eadem cã. ſecus ſi ex
noua cã, & ex nouo grauamine. & ita ſit text. hic ſm Gof. vel
dicas ſm Io. And. ꝙ ſi deſerens appellationem reaſſumit cãm
coram iudice à quo poterit poſtea ſi de nouo grauet̃ iterũ ap-
pellare, ſed ſi deſerat appľonẽ & tñ durat in prima cõtumacia
qa non redit nec cõparet corã iudice à quo, tunc non audiret̃
ſi velit iterũ appellare ẽt ex nouo grauamine cũ adhuc põt di-
ci cõtumax qui nõ audit̃ appellans, vt s. & ita in effectu ſequũ
tur hic Doc. licet Io. Cal. teneat ꝯtriũ hic dicẽdo ꝙ ſiue aſſum-
pſerit cãm ſiue non coram iudice à quo, ſemper debeat audiri
ſecundo appellans niſi prima eius appellatio manifeſte fuerit
friuola. & ita ſit tex. in d. cle. j. & iõ cõſidera tres caſus. primus
qñ aliquis pendente appľone iterum grauat̃ à iudice à quo, &
iterũ tunc poterit appellare. licet. n. non reaſſumpſit coram iu
dice à quo, & hoc niſi prima appellatio fuerit manifeſte friuo
la. & ita proprie eſt tex. in cle. ſi ante. de do. & cõtu. Scd̃s caſus
ſit quando quis grauatur pendente prima appľone aut ea fini-
ta poſtq̃ eſt declaratũ ipſum fruſtratorie appellaſſe & hoc caſu
nõ poterit ſecundo appellare ab alio grauamine, vt no. gl. ma.
in d. cle. ſi ante. & hic, niſi purget eius contumaciã cõparendo
corã iudice à quo, ar. tex. hic ſm Imo. & ratio eſt quia per talẽ
declaratoriã cõſtat ipſum fruſtratoriè primo appellaſſe. ideo
tanq̃ duret cõtumacia amplius appellare nõ poterit niſi cauſa
purget comparẽdo coram iudice à quo, vt s. Tertius caſus ſit
quando pendente prima appellatione vel ea finita iterum gra
uatur, tamẽ nulla declaratoria eſt lata ꝙ fuerit friuola prima
appellatio, ſed tamen eſt deſerta per lapſum termini iuris vel
hominis. & hoc caſu licet Io. Cal. voluerit. s. ꝙ poſsit iterum
appellare ex nouo grauamine per tex. in d. cle. ſi ante. ſi nõ cõ-
ſtet primam appellationem friuolam manifeſte, tamen tenen
dum vr̃ ꝯtriũ prout. s. tenet Io. An. & alij Doc. quia ſatis vr̃ cõ-
ſtare ꝙ appellatio prima fuerit manifeſte friuola ex quo ẽ de-
ſerta, ideo nõ videat̃ cõſtare de prima contumacia niſi purget
eã comparendo corã iudice à quo. alias nõ poterit ſecũdo ap-
pellare, prout dr̃ hic in tex. nec ob. ſi dr̃ ꝙ ex ſolo ꝙ appellatio
ſit deſerta non videat̃ conſtare de prima contumacia cum po-
tuerit iuſtis impedimẽtis eſſe deſerta. s. eo. c. ex rõne. ideo eſt
quòd tex. in d. cle. ſi ante, defendit appellantẽ à ꝯtumacia dũ-
modo non conſtet appellationẽ manifeſte fuiſſe friuolã. Nam
certe ſatis dr̃ conſtare per deſertionẽ, & hæc eſt ratio quare iu-
dex à quo non tenetur amplius citare appellantẽ ab eo etiam
poſt deſertionẽ appellationis ꝑ lapſum termini iuris, vel hoĩs
vel quia apoſtolos non petierit, prout no. tenuit Io. An. & alij
Doc. ſequunt̃ in c. ij. de do. & contu. in vj. & tex. ibi dum dicit,
niſi renunciet appellationi. intelligit̃ de renunciatione expſſa
& etiam tacita per comparitionem coram iudice à quo, vt ibi
per glo. in verbo, renunciet. ſecus ſi talis tacita renũciatio in-
ducat̃ per ſolam deſertionẽ in non petẽdo apoſtolos vel non
ꝓſequẽdo appellationẽ intra terminum iuris vel hominis. tũc
enim talis renuncians appellationi nõ erit de neceſsitate citã-
dus vlterius poſt deſertionẽ ad id qđ reſtabat de ꝓceſſu ipſius
cãæ cum inuitus cenſeat̃ renũciaſſe. & tex. in d. c. 2. requiris. ꝙ
ſponte renunciet: & ſic ꝙ non ſit vlterius citãdus. ſequitur ibi
Io. An. & alij Doc. vnde ſi non debet citari, ergo non ceſſat pri
ma contumacia per talẽ deſertionẽ. ideo ſi poſtea grauat̃ non
poterit appellare. facit gl. fi. in c. perſonas. s. eo. quæ voluit ꝙ ꝯ
talẽ appellãtem poſsit deſerta appellatione procedi eo aliter
nõ citato. idẽ etiã tenet gl. j. in c. cũ cauſam. s. de re iudi. Hinc
etiam dixit no. Inn. in d. c. ex ratione. ꝙ quando appellatio eſt
deſerta per lapſum termini poterit iudex à quo procedere ad
executionẽ ſñiæ abſq; alia citatione. & quod talis amplius nõ
ſit citandus tenuit Panor. in d. c. cũ cauſam. quantũ ad caſum
noſtrũ. & ita vr̃ tenendum ꝙ non poſsit tunc de nouo appella
re, quicquid aliter ſentiat hic Pan. in vlt. col. in prin. qñ autem
appellans poſt deſertionẽ redit ad iudicem à quo proſequẽdo
cauſam corã eo ſi iterũ grauat̃ bene poterit appellare, vt hic in
tex. & ſubdit hic Pan. quod ex omnibus prædictis poteſt ſumi
optima cautela ꝙ ipſe appellãs compareat corã iudice à quo
declarando ꝙ velit proſequi corã eo. tunc. n. ipſe iudex à quo
tenet̃ poſtea eum citare ad actus vlteriores. & ſi de nouo gra-
uabit̃ poterit iterum appellare, vt patet hic in tex. no. ad hoc.
& tene menti p̄dicta ad intellectum dictæ cle. ſi ante. In glo. in
verbo, appellare. in fi. vult gl. ꝙ ſuper eodẽ articulo ſit licitum
bis appellare & nõ vltra, ſiue in ſententia diffinitiua ſiue inter
locutoria. de qua materia habet̃. 2. q. 6. ſi quis in quacũq;. & in
c. quoties. el j, & per gl. & Doc. in c. ſua nobis. j. eo. & l. j. C. ne li
ceat tertio ꝓuocare. & per Spe. ti. de appel. in §. quoties. in prĩ.
5 † pro cuius articuli declaratione ſit prima cõcluſio, ꝙ dicta re-
gula ne liceat tertio prouocare, intelligitur & locum habet in
vno & eodẽ articulo. ſecus ſi in diuerſis. vnde ſi miles quis gra
uaretur in vna cauſa ſuper diuerſis articulis poterit ſemper &
toties appellare. & ita debet intelligi tex. in d. c. quoties. ſic er
go ſuper quolibet articulo poterit pars ſucceſsiue facere duas
appellationes, vt hic in gl. ¶ Secunda cõcluſio ſit regulã, ne li-
a ceat tertiò prouocare, [a] hr̃e locum qñ ab vna & eadẽ ꝑſona in-
terponit̃ appellatio. Nam altera pars poterit bene poſtea duas
alias appellationes facere ſuper eodem articulo. ita ꝙ qua-
tuor appellationes poſſunt cõcurrere ſuper vna ſñia ſi duæ ap-
pľones pro qualibet parte puta, Titius habuit ſñiam ꝯ Seyum.
appellauit Seyus primo & ſuccubuit. appellauit ſecũdo & ob-
tinuit. poterit Titius poſtea bis appellare. ſit ergo ꝯcluſio ꝙ in
eodẽ articulo q̃libet pars habet duas appľones, & ita ſequunt̃
hic Doc. & Spec. eo. ti. §. quoties. & intellige p̄dicta ẽt ſi appel-
latio interpellatim fieret. puta ſi dictus Seyus appellauit obti-
nuit ſñiam ꝓ ſe, à qua Titius appellauit & obtinuit ſñiam pro
ſe. poterit Seyus iterum appellare & ſi obtinuit poterit poſtea
Titius appellare & ſic ſunt quatuor appellationes, duę ꝓ qua-
libet parte mediate ſiue immediate, vltra vero non licet appel
lare. & ita ẽt tenet Pan. in d. c. ſua nobis. col. iij. ¶ Tertia cõclu-
ſio notabilis ſit dictã regulã hr̃e locũ niſi per ſñiam tertiam in
ferat̃ nouũ grauamen. tũc. n. ab illo grauamine poterit appel-
lari & erit in hoc prima appellatio, puta ſi dictus Seyus in ter-
tia ſñia q̃ reportauit ꝯ ſe fuit condẽnatus in expẽſis oĩum cã-
rum, de quibus nõ fuit habita cõſideratio per primos iudices
aliarũ ſñiarũ. poterit ergo appellare ab iſta tertia ſñia pp cõdẽ
nationẽ expenſarũ quia de expenſis nõ erat iudicatũ nec pri-
mo nec ſcđo. ergo appellari põt cũ inueniat̃ in hoc eſſe prima
appellatio. & ita dicit & ſequit̃ no. Ang. in d. l. j. & facit qđ te-
net do. Ant. j. in vlt. cõcluſione. & intellige ꝙ poſsit appellare
& ꝓſequi appľonem quo ad expẽſas, nõ aũt quo ad alias res iã
6 bis iudicatas. ¶ † Quarta concluſio ſit ꝙ licet interlucutoria à
qua nõ eſt appellatũ traſeat in rẽ iudicatã quo ad partes. s. de
electio. c. cum dilecti. cum alijs ſimilibus. & ſi appellet̃ poſtea
à diffinitiua poſſunt regulariter reparari grauamina illata ꝑ ip
ſam interlocutoriã, q̃ tranſiſſet primo in rẽ iudicatã, vt eſt tex.
no. in c. fi. eo. ti. in 6. tamẽ ſi qs appellauit ab interlocutoria &
in duabus appellationibus ſuccumbit, hẽt locũ regula p̄dicta
in tm̃ ꝙ appellans poſtea à diffinitiua amplius nõ audit̃ in in-
terlocutoria in duabus appľonibus confirmata. tex. eſt ſingu-
laris in cle. fi. eo. ti. in tm̃ etiam ꝙ licet dicat̃ ꝙ interlocutoria
nunq̃ tranſit in rẽ iudicatã quantũ ad iudicẽ qa poteſt quãdo-
cunq; reuocare. ff. de re iudic. l. quod iuſsit. j. eo. c. cũ ceſſante.
& c. ſi à iudice. eo. ti. in vj. Fallit tamen in dicto caſu quãdo in-
terlocutoria in duabus appľonibus eſſet confirmata, tũc. n. ſit
irreuocabilis & tranſit in rẽ iudicatã tam quo ad partes q̃ etiã
quo

ADDITIO.

a ¶ Ad regulam, ne liceat tertiò prouocare. vide hic. x. no. concluſiones.

quo ad iudicẽ gl. eſt vnica, & ſingularis in ver. ſuper ea. in dicta
7 cle. ſi. & tene menti hæc ad mãm interlocutoriæ. ¶†Quinta
ↄcluſio notabilis ſit, ꝙ in oĩ caſu licet qs nõ poſſit tertio appel
lare poterit ſemꝑ adhærere appellationi aduerſarij. tex. eſt no-
tabilis in l. ampliorem. in prin. C. eo. tit. vbi dr̃ ꝙ appellatio eſt
cõis ẽt parti, q̃ nõ appellauit, & auditur iſte beneficio alterius
partis appellantis. ar. l. petendæ. C. de tẽp. in integ. reſti. & ita
patet in 2. ↄcl'one. & ita dixit formaliter Bal. in d. c. ſua nobis.
8 j. eo. ti. ¶†Sexta cõcluſio ſit, ꝙ p̃dicta r̃a non liceat tertio ꝓ-
ſit iudex delegatus licet aliter nō probetur cā ſuſpicionis, non
debet amplius ipſe cognoſcere ſed debēt cogi partes, vt eligāt
arbitros qui cognoſcāt de cauſa principali, vt ibi patet. Ex quo
no. ꝙ ius ciuile differt in hoc a iure canonico in duobus. quia
de iure ciuili non eſt neceſſe in delegato ꝓbare cām ſuſpicio-
nis, ſed ſufficit ſimpliciter allegare. ſed ſm ius canonicum dēt
ꝓbari, vt d. c. iudex, & d. c. ſuſpicionis. Secūdò, qa ſm ll. allega-
ta ſuſpicione incōtinenti eliguntur arbitri qui cognoſcant de
cauſa principali: ſed ſm ius canonicū arbitri habēt ſolum co-
15 gnoſcere de ipſa cauſa ſuſpitionis. ¶ † Sed dubitaꝫ primo an fi-
nita

ADDITIONES.

a ¶ Clauſula in qualibet parte poſita debet inferri ad omnia. vide Bar. in l. quiſquis. de leg. 3. in l. auia in prin. ff. de cond. & demon. & vide tex. no. in c. cum dilecti de donat. cum ibi not. maximè per Imo.

b Si opponitur ꝙ Iudex ſit infamis vel excommunicatus, an poſſit ipſe de hoc cognoſcere. Et adde ꝙ eſt differentia inter ordinariū & delegatum, vt tradit Inno. in c. ſuſcitatus. de reſcrip. & ibi Abb. pulchrè in 2. col.

nita & pronunciata cauſa ſuſpitionis legitima poterunt de iu re canonico arbitri cognoſcere de ipſa cauſa principali. Hoſt. hic, ꝙ ſic. ar. d. l. apertiſsimi. ſed gl. & Arch. 2. q. 6. ſi quis in quacunq;. tenent ꝯtrium, quia ſolum habẽt cognoſcere de cã ſuſpitionis. iõ lata ſuper hoc ſnĩa ſunt functi eorum officio. ar. c. in lr̃is. s̃. de off. del. & in d. c. legitima a ꝯtrio ſenſu, vbi eligunt̃, vt terminẽt negotium ſuſpitionis, non ergo negotium principale. & hoc ſeruat curia, vt hic tangit Io. An. & ita cõiter Doct. ſequunt̃ in d. c. legitima. non obſt. d. l. apertiſsimi. quia loquit̃ de iure ciuili, de quo iure arbitri bene cognoſcunt de cã principali, ſm Bal. ibi, & Io. An. & alios in d. c. legitima. de quo ẽt tãgit Spe. tit. de recuſa. §. effectus. in princ. licet Imo. hic dicat, ꝙ opi. Hoſ. habet æquitatem propter expenſas vitandas, & circui

16 tum. ¶ An aũt ipſe † delegatus ſuſpitioneq; probata poſsit cãm alteri ſubdelegare hr̃ in d. c. iudex. & dicet̃ in d. c. cum ſpeciali. & ibi quid ſit in ordinario. Et ſubdit hic Panor. ꝙ iudex recu-

17 ſatus † probata ſuſpitione non poterit cogere partes, vt eligãt arbitros, qui cognoſcant de cã principali, quia iudex non põt ſe amplius impedire, & poſt pronunciationem recuſatus deſinit eſſe iudex, vt in d. c. iudex. Non ſic de iure ciuili, quia delegatus compellit partes, vt eligant arbitros, qui cognoſcant de cã principali, vt d. l. apertiſsimi. & l. fi. eod. ti. & vocant̃ arbitri iuris, a quorum ſnĩa appellat̃, vt d. l. fi. & in c. ab arbitris. de off. del. ſecus in alijs arbitris, vt in l. j. C. de arbit. & rõ dr̃iæ eſt, quia de iure ciuili iudex recuſatus ẽt poſt pronunciationem, & declarationem ſuper ſuſpitione non deſinit eſſe iudex. iõ ẽt poſt pronunciationem, ꝙ ſit ſuſpectus, habet ipſe exequi ſnĩam arbitrorũ, vt d. l. apertiſsimi. & d. l. fi. ¶ Sed de iure canonico deſinit eſſe iudex poſt pronunciationem ſuſpitionis, ideo amplius ſe non intromittit, vt d. c. iudex. & c. cum ſpeciali. vbi vide reliqua pertinentia ad materiam recuſationis iudicis, &c.

*SVMMARIVM.*

1 *Ponit duas regulas, per quas tollitur appellatio.*

2 *Quando appellans ipſe non detulit appellationi ſuæ, ſed aliquid innouauit in præiudicium ſui aduerſarij cenſetur ſuæ appellationi renunciare.*

3 *Qui non paret ſententiæ pro ſe latæ non videtur ei renunciare.*

4 *Ante factam innouationem poterit quis adire iudicem, & petere ne in ſua poſſeſſione turbetur.*

5 *Incontinenti ſtatim, & ſimilium, qualiter hæ dictiones accipiantur.*

6 *An non deferens appellationi ſuæ intelligatur renunciare perpetuo, vel ad tempus quouſque fiat reſtitutio attentatorum.*

7 *Si quis attentauit poſt appellationem alterius, exceptio attentatorum obſtat agenti in quacunque cauſa.*

8 *Regula, fruſtra legis auxilium &c. limitatur multipliciter.*

## CAP. XLII.

AN ſit. Appellationi ſuæ renunciat, qui in appellationis præiudicium innouauit. h. d. Vel ſic. Non tenet̃ appellatus deferre appellationi, cui appellans ipſe non detulit. h. d. ſm primum intellectum. Vel ſic. Non eſt deferendum appellationi illius, qui appellationi ſui aduerſarij non detulit. h. d. ſm verum intellectũ. & ſecunda pars ibi, reſpondemus. ¶ Tene menti duas regulas ex tex. in materia appellatiõis, ex quibus tollit̃ ipſa appellatio.

1 ¶ Prima regula eſt, qñ † quis non detulit appellationi ſui aduerſarij, tunc. n. non eſt deferendum illius appellationi, qui appellationi aduerſarij legitime interpoſitæ non detulit, vt hic. & facit c. conſtitutus. s̃. eo. Nam non iuuat̃ edicto, qui contemnit edictum, & fruſtra legis auxilium inuocat, qui in legẽ committit, vt in c. quia fruſtra. j̃. de vſu. ¶ Sed tñ limita, & intellige hãc primam regulã procedere primo qñ appellatio aduerſarij erat legitima, vt hic in tex. ĩ verbo, legitime. aliàs vero ſi appellatio non foret legitima, non eſt ei deferendum, & ceſſaret pęna huius tex. ꝙ eſt diligenter notandum, & ponderandum. ¶ Secũdò limita eandem regulam procedere, qñ ille, qui non detulit appellationi aduerſarij vellet ſuam propriam appellationem ꝓſequi: ſecus ſi vellet proſequi appellationem ſui aduerſarij cui non detulit. tunc. n. poſſet, nec hic prohibet̃. & iõ pone, ꝙ in cã beneficiali ſit appellatum, & intimata appellatio, ſm formam cle. cãm. de elect. Nam ſi ego non detuli illi appellationi, imò feci ꝯ appellantem per meos executores fieri proceſſus. & tandem quia non proficiebant, volo proſequi appellationem mei aduerſarij, an potero. & vr̃ ꝙ non per hunc tex. & in c. bonę memorię Magunt. s̃. de ele. quaſi videar illi appellatiõi renũciaſſe vt hic, & in c. ex parte. s̃. de reſcri. Sed dic ꝯ primo, quia ex quo cã eſt ſemel deuoluta ad curiam ſemper remanet ibi tractãda, nec potuit tolli per tacitam, nec per expreſſam renunciationẽ, niſi per modum, de quo hr̃ in c. q̃uis. de ele. in 6. Nec obſt. tex. hic in reg. ex eo, quod. in 6. Nam reſpondetur primò, ꝙ nõ teneor deferre appellationi aduerſarij ſi non puto eam fore legitimam, vt s̃. nec teneor ius meum indiſcuſſum relinquere. dicit tex. in l. illud. ff. de peti. hære. Secundò reſpondet̃, ꝙ tex. hic loquit̃ qñ ego volo proſequi meam appellationem, cui nõ detuli. & ſic non loquit̃ text. hic qñ appellans vult proſequi non ſuam, ſed appellationem aduerſarij, cui non detulit. nam hic non prohibet̃. Nec ob. dictum c. bonæ memorię. quia põt dici, ꝙ ibi appellatio maioris partis capituli erat friuola. vel ibi fuit per vtrãq; partem appellatum. & quia maior pars non detulit appellationi minoris partis, ſimiliter minor pars non tenebat̃ deferre appellationi maioris partis, quia paria delicta mutua compenſatione tollunt̃. j̃. de adult. c. intelleximus. ff. ſol. matr. l. viro, atq; vxore. & inobedientia vtriuſq; partis vtranq; partẽ excuſat a pœna. ita tex. no. in l. non ex omnibus. ff. de arbit. & hæc bene nota ad intelligentiam huius tex. & d. c. bonæ. & ita tenent D. de Rota deciſ. 321. quæ incipit, Item ſi appellans in cã beneficiali. & ſequit̃ Imo. hic circa fi. & vide vt dicet̃ j̃. in gl.

2 fi. circa fi. ¶ Secunda reg. huius tex. no. ſit, ꝙ † qñ ipſe appellans non detulit ſuæ appellationi, ſed aliquid innouauit ea pẽdente in præiudicium ſui aduerſarij, tunc cenſet̃ appellationi renunciaſſe, vt hic, & in d. c. ex parte. s̃. de quo vide, vt j̃. dicet̃. dẽt. n. appellans quieſcere ab oĩ nouitate, dum eius appellatio pẽdet vt hic dicet̃ ſm Bal. ¶ Quid aũt de eo, q nõ defert ſnĩę pro ſe la-

3 tę, an videat̃ † ei renunciare, dic ꝙ nõ. ſi alias ipſa ſnĩa eſt iuſta. tex. eſt vnicus in iure in l. Seiæ amicę. ff. de au. & arg. leg. quem ad hoc ita inducit Bal. in d. c. ex parte. s̃. in co. 3. & vide in l. eui-

4 denter. ff. de excep. rei iud. & ſubdit Bal. hic, ꝙ † ante factam innouationem poterit quis adire iudicẽ, & petere ne in ſua poſſeſſione turbet̃, vel deijciat̃ cum forte aduerſarius congregauerit gentem ad expellendum eum, vt eſt tex. de hoc expreſſus in l. fi. ff. de off. procu. Cęſa. cum iudex teneat̃ occurrere, & obuiare ſcandalis. ff. de vſufr. l. æquiſsimum. & tollẽda ſit occaſio deliquendi. ff. de rei vendi. l. in fundo. & præſes non dẽt pati, ꝙ alicui fiat violẽtia, vel iniuria. ita tex. in l. illicitas. in prin. ff. de offi. præſ. & ſi aliquis timet offendi, põt adire præſidem, vt ſibi ſecuritas pręſtet̃, vt d. l. illicitas. §. ne potẽtiores. & ibi Bar. ¶ In

5 gl. j. ibi, arbitrio iudicis. No. glo. de ſignatione † iſtius dictionis incõtinẽti, ſtatim, & ſimiliũ, quia vbi nõ habent in ſuo caſu certam determinationem, recipiũt interuallum arbitrio iudicis. facit s̃. de off. del. c. de cauſis. tenet Bar. in l. j. ff. de verbo. obl. & Pan. hic in vlt. col. & per Bal. in l. petens. & in l. in bonæfidei. C. de pac. & aliàs per gl. in l. 3. §. eum igit̃. ff. de vi, & vi ar. & de his etiam vide gl. no. 40. q. 2. c. j. & in c. quia Papa. s̃. de elect. ſed tñ quantum ad caſum huius tex. glo. hic recedit ab hac opi. quia idem foret ẽt ſi talis exceptio nõ probaret̃ incontinenti. & iõ ſi quærat̃ j̃. q̃tum tp̃s debeat probari hæc exceptio. Hoſt. hic dicit, ꝙ j̃. xv. dies. argu. c. frequens. de reſti. ſpol. in 6. ꝙ nõ placet hic Io. An. qa ibi, qñ de ſpoliatiõe excipit̃ in vim dilatoriæ, nõ aũt qñ agit̃ de ſpoliatione, ſicut hic agit̃ de attẽtatis. vñ reſidet hic Io. An. cum opi. huius gl. & idem Panor. hic in fi. dicens, ꝙ tex. ibi incõtinẽti. narrat factum, eo quia aduerſarius ſic dicebat, nõ aũt ponit̃ in hoc ius. Sed aduerte, quia D. Ant. dicit hic poſſe ſaluari opi. Hoſt. ex quo hic procedit̃ ope exceptionis. ſ. nõ eſſe deferẽdum appellationi aduerſarij, eo quia ipſe nõ detulit appellationi ipſius excipiẽtis, imò eum ſpoliauit. iõ vr̃, ꝙ locum habeat dictum c. frequens. cum iſta exceptio ſapiat naturam ſpoliationis, & dilatoriæ, vt tãdiu non audiat̃ appellans q̃diu nõ reponit attẽtata in priſtinum ſtatum, ſm D. Ant. cum quo trãſit Imo. hic intelligẽtes primum intellectum huius tex.

6 ꝙ qui † nõ detulit ſuæ appellationi, nõ intelligat̃ renũciaſſe ꝑpetuo, ſed ſolum donec fiat reſtitutio attentatorum. ſed certe verius vr̃, ꝙ perpetuo intelligat̃ renũciaſſe, & appellatio ſit perempta, per tex. hic dicẽtem puniẽdum eſſe in eo, in quo deliquit. & ꝙ reddit ſe beneficio appellationis indignum. vñ nõ dicit, ꝙ ſit indignus a proſecutione, ſed appellatione: ergo appellatio eſt perempta in totum. & hanc partem tenet gl. 2. in d. c. ex parte. s̃. cum qua reſidẽt ibi cõiter Doct. & idem gl. magna vltra medium in c. nõ ſolum. eo. ti. in 6. & hoc idem tenet hic Panor. circa princ. licet Imo. hic in fi. dicat, ꝙ alia opi. Hoſt. & D. Ant. ꝙ appellatio nõ ſit ex toto perempta, ſit magis æqua. cum ergo iſta exceptio ſit peremptoria, ſequit̃ ꝙ nõ habeat locum terminus d. c. frequẽs. & ideo tene mẽti opin. huius gl. & etiam Io. An. vt s̃. patet. ¶ In gl. fi. in prin. hæc glo. procedit, ſm intellectum s̃. vt ſic hic in tex. eſſent duę appellationes. primò appellauit reus, & poſt appellationem actor eum ſpoliauit. & tex. hic ibi, poſt appellationem legitime interpoſitam: intelligi debet. ſ. per ipſum reum ſpoliatum, pro quo intellectu facit, quia nõ eſt veriſimile, ꝙ reus narrãs appellationem aduerſarij dixiſſet eam legitimam. & hunc intellectum dixit hic Hoſti. & Inn. nõ poſſe practicari in appellatione iudiciali, ſed in extraiudiciali ſic. ſed dicas nõ eſſe reſtringẽdũ ad appellationẽ extraiudicialem, imò ẽt ꝓcederet in appellatione iudiciali, ſm Do.

7 Ant. & alios Doct. hic. ¶ In gl. ea. ibi, nõ † debet. pro intelligẽtia cõſidera aliquos caſus, quia aliqñ ſpoliatus poſt ſuam appellationem

tionem deducit̄ attētata per modum exceptionis . & iſto caſu
voluit hic D.Ant. ꝙ excludat̄ aduerſarius ab oī appellatiōe ēt
in diuerſa cā , ſicut exceptio ſpoliationis obſtat agenti in qua-
cunq; cā, vt in d.c.frequens.& in c.2.& fi.s̄.de ord.cogn. quod
dictum poſſet procedere abſq; dubio, qn̄ appellatio in alia cā
tenderet ad differendam reuocationem attentatorum.aliàs āt
ſi cā alia non hēt connexitatem cum prima, iſta pœna non ex-
tēdit̄ ad aliam diuerſam cām . & ita in hoc cōiter ſequunt̄ hic
Doct.de quo tñ j̄.in fi. & ſubdit hic Panor. ꝙ æquiparatio, quā
facit hic D.Ant.ſ. ꝙ exceptio attentatorum excludat appella-
tionem in oī cā non procedit, quia exceptio ſpoliationis non
excluderet appellantem, quia dr̄ potius ſe defendere, q̄ agere,
prout tenet Inn.in d.c.2. Hinc eſt, ꝙ proſequenti appellationē
non obſt.exceptio excōicationis, quod eſt plus, vt in c.cum in-
ter.& c.fi. s̄.de except. ¶Secundus caſus eſt, qn̄ ſecunda appel
latio in eadem, vel diuerſa cā tendit ad differendum attētata
poſt primam appellationem aduerſarij: puta, ego appellaui, tu
non detuliſti appellationi, imò ſpoliaſti me poſt meam appel-
lationem, & interponis tuam appellationem ne aliquid inno-
uet̄. certe non obſtante tua appellatione poterit iudex proce-
dere ſuper reuocatione attentatorū, quia ſi non detuliſti meæ
appellationi, non eſt tuæ deferendum, vt hic in tex.& ita ſequit̄
Io.An.& Spe.eo.ti.§.fi.ver.item ꝙ appellans. vbi dicit, ita eſſe
intelligendum hunc tex.& dictum c. conſtitutus. s̄.eo. & d.c.
bonæ memoriæ.& iſte caſus eſt clariſſ. ¶Tertius caſus eſt, quā-
do appellaui in vno articulo, & tu non detuliſti, poſtea appel-
lans in alio articulo diuerſo, & ſeparato eiuſdem cāæ, an hēat
locum regula huius tex. Panor.hic, ꝙ non, quia ſequeret̄, ꝙ de
lictum vnius partis præſtaret cām delinquendi iudici, & alteri
parti.poſſet.n.iudex, vel altera pars grauare in alio articulo,&
non poſſet appellari.& ſic orirent̄ ſcandala ꝯ dictam l.æquiſſi-
mum. Adducit ēt doctrinam Inn.in d.c.intelleximus. volētis,
8 ꝙ †illa regula, fruſtra legis auxilium &c.habeat locum qn̄ circa
idem: ſecus ſi circa diuerſa. vn̄ in diuerſis delictis non connexis
non hēt locum regula d. c. intelleximus. & d.l. viro. & ſimili-
ter in diuerſis obligationibus, & ꝯtibus non hēt locum reg.l.
cum proponas.C.de pact.& c.peruenit.s̄.de iureiur.quia fran-
genti fidem non poſſet fides frangi, vt plene no.in c.conſtitu-
tus.j̄.de poe.& per Cy.& alios in l.cum proponas. intelligit er-
go Pano.tex.hic, & alia iura s̄. qn̄ appellationes tendunt circa
idem: ſecus ſi circa diuerſa, in quibus de vno in alterum nō eſt
fienda illatio.ff.de mino.l.Papinianus exuli. & l.ſi maritus.C.
de donat.inter vir.& vx.& pro hac parte adducit tex.in termi-
nis, ſm̄ eum in c.dilectus.j̄.eo. ¶Sed aduerte, quia in eadem cā
vr̄, ꝙ indiſtincte habeat locum regula huius tex. vt non ſit defe
rendum appellationi tuæ in alio articulo, diuerſo tñ eiuſdem
cāæ.& ita in hoc ſequit̄ hic Io.An.& Do.An.& Imo. per hunc
tex.indiſtincte loquentem. & ſubdit tex.hic, ꝙ dēt quis puniri
in eo, in quo delinquit. vn̄ ſuperuacua foret ꝓuiſio huius tex.
ſi intelligeret̄ qn̄ appellatio tendit circa idem, & non circa di-
uerſa. Nam circa idem, ſeu circa cōnexa, ſecūda appellatio al-
terius partis eſt ſuperuacua, quia prima appellatio deuoluit to
tum.l.ampliorem.in prin.C.eo.ti.l.fi.C.qn̄ prouo.ff.de mino.
l.3.§.j.intendit ergo tex.hic pęnam imponere: ſed in connexis,
vel circa idem nulla eſſet pœna, quia appellatio alterius partis
deuoluit totum, vt s̄.oportet ergo intelligere hunc tex.ſuper
diuerſis articulis ad hoc vt ſit pœna excludendi ſecundam ap-
pellationem: & iō vr̄ concludendum, ꝙ in eadem cā non ſolū
circa idem, ſed in diuerſis articulis habeat locum regula huius
tex. Non obſtant adducta s̄.in ꝯrium, quia reſponſio j̄.patebit.
¶Quartus caſus eſt, an pœna huius tex. extendat̄ vltra primā
appellationem. dic ꝙ nō, ſm̄ gl. hic dicentem, ꝙ ſufficit ſemel
eſſe punitum.& ita Io.An.& cōiter Doct.hic tenent. licet Do.
Ant.vt s̄.aliud velit. actus.n.in dubio dēt intelligi de primo,&
non de vlteriore.l.boues.§.hoc ſermone. ff.de verbo.ſig. cum
alijs ſim.facit in ſimili c.cum Vintonienſis.s̄.de elect. ¶Quin
tus caſus eſt, quid in diuerſis, tñ connexis, & inuicem dependē-
tibus.gl.hic facit, ꝙ hēt locū regula, & pœna huius tex. ex quo
iſte non fuit ſemel, vel alio mō punitus. & ita vr̄ tenēdum per
tex.no.in d.l.ēt.§.j.& facit c.conſtitutus.s̄.eo.& glo.in d.l.am-
pliorem.in prin.quia in connexis idem dēt eſſe iudicium.s̄.de
conſti.c.tranſlato.& s̄.de iu.d.c.q̄to. Sit ēt rō, quia ſecunda ap
pellatio alterius partis in connexis, ſeu dependentibus ſemper
hēt impedire effectus primæ appellationis ꝯriæ. & iō non ad-
mittit̄, prout eſt conſiderare in d.c.conſtitutus. ¶Sextus, & vlt.
caſus eſt, quando cāę ſunt oīno ſeparatæ.& videret̄, ꝙ hēt locū
pœna, & regula huius tex. ex quo iſte non eſt ſemel punitus, vt
hic in gl.dēt ergo puniri in eius prima appellatione, vt ſic hēat
locum tex.hic indiſtincte loquens, & vt reddat̄ indignus bene
ficio ſuæ appſonis, qui nō detulit appellationi alterius, & vt pu
niat̄ in eo, in quo deliquit. Nam rō generalis huius tex.hēt lo-
cum in diuerſis cauſis ſeparatis, quia in eadem, vel alia cōnexa
caſus non hēt dubium, cum in connexis, vt eſt dictum, ſecunda
appellatio ꝯria ſemper a cōiter accidentibus impediat, aut ve-
niat ad differendum effectus primæ appellationis alterius par-
tis: iō nimirum ſi tunc virtute primæ appellationis impediat̄
ſecunda ꝯria. & tunc non eſſet pœna ſecundo appellanti, quia
ex vi, & natura primæ appellationis ſui aduerſarij repeller̄, &
impedirent̄ effectus ſuæ appellationis ꝯrię. vt ergo ſit pœna, &
vt reddat̄ indignus beneficio ſuæ appellationis, prout genera-
liter, & indiſtincte dicit tex.hic, dēt intelligi in caſu dubio, vide
licet quando ſecūda appellatio non impediret effectus primę,
etiam quando cāæ ſunt ſeparatæ. non obſt.ꝯria, quia non incō
uenit, ꝙ in pœnam non deferentis appellationi alterius ſit ſta
tutum hic, ꝙ ſua appellatio nō admittat̄, vt ſic puniat̄ in eo, in
quo deliquit, vt hic in tex. patet etiam in regula dicti ca. quia
fruſtra.j̄.de vſur. Nam habet locum etiam in diuerſis cauſis, &
in caſibus ſeparatis, vt ſic ille puniatur in eo, in quo deliquit.
ita ergo dicendum hic in tex. ad tex.in c.dilectis.j̄. eod.ibi di-
cetur de eius intellectu. cogita tamē, quia in hoc vltimo com-
muniter Doct. hic tenent contrarium.

*SVMMARIVM.*

1 *Ab executore non appellatur, niſi modum excedat.*
2 *Merus exequutor non poteſt ſuſpectus recuſari.*
3 *A iudice ſuſpecto non poteſt recedi immediate per viam appellationis, ſed per viam recuſationis, niſi recuſationem non admitteret.*
4 *Cardinalis an poſſit vt ſuſpectus recuſari.*
5 *Mixtus exequutor poteſt recuſari.*
6 *Iudex poteſt vlciſci propriam iniuriam, & eſſe iudex in cauſa propria.*
7 *Executor ad certum actum, puta ad examinationem teſtium, poteſt recuſari ſuſpectus.*
8 *An exequutor in literis beneficialibus poſſit recuſari ſuſpectus.*
9 *Exceptio ſpoliationis, an impediat executionem ſententiæ.*

## CAP. XLIII.

NOuit. Merus executor nō recuſat̄ ſuſpectus, nec
ab eo appellat̄, niſi modum excedat. h.d.
Vel ſic. A iudice ſuſpecto non recedit̄ per appella-
tionem, nec ab executore, niſi modū excedat. h.d.
& hēt duas partes, ſicut ſunt duo dicta. ſecunda ibi, de ſuſpitio
1 ne. ¶No. primò, & ita intelligat̄, ꝙ †ab executore non appellat̄
niſi modum excedat in exequendo. concordant l.ab executo-
re.C.quorum appel.& s̄.ti. proxi.c. quod ad conſultationem.
2 ¶Secundò no.& ita ēt allegat̄, ꝙ merus †exequutor non pōt ſu
ſpectus recuſari, niſi modum excederet. non.n.pōt dici ſuſpe-
ctus ille, qui nihil facit proprio motu, ſed mandato ſuperioris.
tex.eſt hic ſm̄ Bal.dicentem ēt hic probari, ꝙ nuncio, & amba
ſiatori nihil eſt imputandum, niſi mandatum excederet. ¶Ter
3 tiò no. ꝙ †a iudice ſuſpecto non pōt recedi immediate per viā
appellationis. vnde non dēt dici, dico iudicem eſſe ſuſpectum,
& iō ab eo appello. Rō eſt, quia cā immediata appellationis
eſt ipm̄ grauamen.j̄.eo.c.vt debitus. ſed ſi is, qui eſt mihi ſuſpe
ctus ex hoc ſolo me non grauat: dēt ergo recedi a iudice ſuſpe
cto per viam recuſationis, allegando eum ſuſpectum ex cā legi
tima: tunc.n.ſi recuſationem non admitteret, pōt & dēt appel
lari, quia tunc eſt, quod grauat, & non ante. facit c.ſuper qōnū.
in fi.s̄.de off.del.& vide gl.& Io.An.in c.accedens.el j.s̄.vt lite
4 non conteſt. ¶Vltimò inducit̄ iſte tex. ꝙ †Cardinalis nō poſſit
recuſari ſuſpectus: ſed certe, prout dicit Panorm.tex. vr̄ potius
probare ꝯrium, dum dicit, ꝙ ſi fuiſſet ſuſpectus, non debuit ab
eo recedi in via appellationis. vnde innuitur, ꝙ potuiſſet in via
recuſationis. & iō de hoc articulo dic, vt dixi s̄.eo.in c.poſtre-
mo. ¶In gl.j.in fi.non obſt.c.nouit.s̄.de off.lega.vbi dr̄, ꝙ ipſe
Cardinalis tulit ſnīam, quia pōt dici, ꝙ hic loquit̄ ex iuris in-
terpretatione, quia ipſe Papa vr̄ detuliſſe, prout hic dr̄, ex quo
per alium tulit, vt in regula iuris, qui per alium.li.6.& j̄.de ſen.
excom.c.mulieres. vel pōt dici, ꝙ in d.c.nouit.illa non fuerūt
verba Papæ, ſed Regis.& vide in c.j.s̄.de poſtul.præl. ¶In gl.fi.
in fi. Ex gl.eliciunt̄ duo intellectus. Primus, ꝙ iſte Cardinalis,
quia merus executor non potuit recuſari ſuſpectus, ſicut a me
ro executore non appellat̄. facit ꝯ s̄.eo.c.propoſuit.& conclu-
5 de, ꝙ †aut executor eſt mixtus habens iuriſdictionem, tunc qa
pōt grauare, poterit ſuſpectus recuſari.& ita intelligi pōt dictū
c.ſuper qōnum.§.cum aūt. Aut eſt merus executor nullam ha
bens iuriſdictionem in illo actu deputatus ad certum articu-
lum, ita quod non poteſt modum excedere quin notorie con-
ſtet.& tunc non poterit recuſari ſuſpectus. & ita procedit tex.
hic, & dictum notab.Inn.in c.ex parte.j̄.de verb.ſig.dicentis, ꝙ
6 iudex †pōt vlciſci propriam iniuriam ſibi illatam, & eſſe iudex
in propria cā, cum tunc potius ſit iuris executor, q̄ iudex: aut ē
7 deputatus †executor ad certum actum, puta ad examinationē
teſtium, vt in cle.j.de off.del. vel ad audiēdum, & referendum.
tunc quia poſſet occulte grauare partem, poterit recuſari ſu-
ſpectus. ita no. Hoſt.& Io.An.in c.paſtoralis.§.præterea.de off.
del. ſed in caſu huius tex. iſte Cardinalis non poterat grauare
Regem,

Regem, quin notorie de hoc cõſtaret, cũ haberet mãdatũ limitatũ, & certũ: nec haberet ꝓcedere iudicialiter, ſed ſolũ ſubijcere terras Regis interdicto. iõ recuſari nõ potuit. ¶ Sed dubi-
8 tat̃ circa p̃dicta, an† executor in lr̃is beneficialibus poſsit recuſari ſuſpectus. Arch. 2. q. 9. ſunt quorũ. verſ. ab executore. ſentit ꝙ nõ. Do. Ant. hic diſtinguit, ꝙ aut aſſumpſit partes iudicis, & poterit recuſari, vt ſ. & no. in d. §. p̃terea. aut eſt deputatus in dãdo poſſeſsionẽ beneficij. & tũc nõ poterit recuſari ſm eũ, ꝙ dictũ dicit hic Panor. eſſe intelligẽdũ ſm p̃cedẽtia verba, ẽt ſi eſſet deputatus ad tradẽdũ poſſeſsionẽ poſsit recuſari, cũ non poſsit executor tradere, aut ĩmittere ĩ poſſeſsionẽ, niſi citata altera parte, & citato ipſo poſſeſſore, vt ĩ c. licet eps. in fi. de p̃b. li. 6. & no. Inn. in c. cũ olim. j. de priui. & in c. j. de cõceſ. p̃b. lib. 6. & facit in l. fi. C. ſi ꝑ vim, vel alio mõ. cum ergo poſſet grauare poſſeſſorẽ, merito poterit ſuſpectus recuſari. ſit ergo cõcluſio ꝙ ſi executor eſt deputatus ad actũ, in quo non poſsit grauare partẽ, quin clare cõſtet, tũc poſsit recuſari: aliàs ſecus, vt ſ. ſm Pano. hic. & vide dicta in d. c. ꝓpoſuit. ¶ Extra gl. tãgit hic Inn.
9 an† exceptio ſpoliationis impediat executionẽ ſñię. & dicit, ꝙ non, & ꝙ ſi ex hoc appellaret̃, nõ dẽt admitti appellatio: & hoc niſi exceptio ſpoliationis cõcludat inopiã. tunc. n. obſtaret ꝑ c. olim. el 2. ſ. de reſti. ſpol. vbi dicit, ꝙ inanis eſt actio, quæ inopia debitoris excludit̃. facit ff. de do. l. c. nã his. Sed certe quãdo ſpoliatio eſt fcã a petẽte executionẽ, poterit opponi exceptio ẽt abſq; alia inopia, ꝑ c. 2. & ſi. ſ. de ord. cog. vbi ſpoliator nõ audit̃, niſi ſpoliatus ab eo ſit plene reſtitutus. & ita ſequit̃ hic Panor. & Imo. intelligẽs p̃dicta quando ſpoliatio interuenit poſt ſnĩam. ſecus ſi ante, cũ ſit exceptio dilatoria. vnde imputat̃ ſpoliato, ſi nõ oppoſuit ante litẽ ꝯteſt. ꝑ ea, q̃ habent̃ in d. c. fi. vbi plene vide de his per Doc. in c. frequens. de reſti. ſpo. lib. 6.

*SVMMARIVM.*

1 *An contumacia procuratoris præiudicet domino, vt poſſit condemnari in expenſis.*
2 *Et quid in cauſis matrimonialibus beneficialibus, & cauſa ſtatus, an dolus, negligentia, malitia, vel contumacia procuratoris noceat domino.*
3 *Eo ipſo quod pars appellata approbat appellationem, cenſetur appellationi delatum, & cauſam eſſe tractandam in curia.*
4 *Si iudex dixit, recipio appellationem, cenſetur deferre.*
5 *Quid autem ſi iudex diceret, admitto, ſeu defero, ſi & in quantum de iure teneor, & aliter non, an videatur deferre.*
6 *An allegationes iuris indigeant probatione, & productione.*
7 *Vtrum ſtatuta loci, & conſuetudines debeant probari coram iudice, vel teneatur iudex ſupplere ex officio.*
8 *In articulo, ſeu declaratione iuris non poteſt proferri ſententia declaratoria, non citata parte.*
9 *An a ſententia ſuper declaratione iuris poſſit appellari.*
10 *Sententia lata ſuper iuris diſpoſitione tranſit in rem iudicatam, ſicut quãdo fertur ſuper dubio facti.*
11 *Quæ dicatur quæſtio iuris, & quæſtio facti: & quæ dicatur mixta.*
12 *Statutum quod debeat fieri compromiſſum, debet intelligi quando eſt quæſtio facti, non quando eſt quæſtio iuris.*
13 *An & quando terminus ſtatutus a iudice, vel a parte habeat vim peremptorij ad totam cauſam.*
14 *Quid nocet appellanti, ſeu appellationi, ſi iudex non defert.*
15 *Per lapſum termini hominis deſeritur appellatio tam ab interlocutoria, quàm a diffinitiua.*
16 *Appellatio in certis caſibus reſcindit iudicatum, & in alijs ſuſpendit.*
17 *Omne id, quod poteſt allegari contra citationem factam ab homine ad excuſandum contumaciam, poteſt allegari reſpectu citationis, aut termini iuris, vel ſtatuti.*
18 *Statutum quod bannitus non debeat audiri de crimine, tamen auditur de banno, ſi dicit non valere, quia non fuit contumax.*
19 *Statutum loquens de litibus, includit etiam extraiudiciales.*
20 *An iudex appellationis de conſenſu ſolius appellati poſſit cognoſcere de cauſa principali omiſſo appellationis articulo.*
21 *Quid quando appellans non eſt proſequutus in termino hominis, ſed appellatus ſic, an appellatio ſit deſerta quo ad appellantem.*
22 *Si appellatus impetrauit in termino hominis, an appellans poſſit proſequi poſt terminum inuito appellato.*
23 *Si iudex appellationis ab interlocutoria pronunciauit bene appellatum, an poterit procedere in negotio principali abſque alia citatione.*
24 *An & quando in interlocutoria requiratur citatio.*
25 *An in omni caſu appellationis interpoſitæ ad Papam ſit ipſa cauſa deuoluta ad curiam, & tractanda ibidem.*
26 *Quod cauſa ſit tractanda in curia, vel non, eſt exceptio dilatoria, & debet opponi ante litem conteſtatam.*
27 *An terminus hominis ad arripiendum, vel proſequendum appellationem poſſit per iudicem prorogari.*
28 *An terminus aſſignatus de conſenſu partium poſſit per iudicem prorogari.*
29 *An prorogatio termini impediat commiſſionem pœnæ, vel periurij.*
30 *Vtrum aſſignatio termini, qui habet vim peremptoriæ citationis, habeat locum in appellatione a diffinitiua.*
31 *Excommunicatio non poteſt eſſe in pendenti, ideo aut ſtatim ligat, aut ſtatim eſt nulla.*
32 *Sententia depoſitionis ab ordine, vel a beneficio ſuſpenditur per appellationem ſubſequentem, ſicut alia ſententia.*
33 *Vtrum depoſitio ab ordine contineat in ſe ſuſpenſionem, vide ibi.*
34 *Singularis limitatio ad c. is, cui. de ſent. excom. in 6.*
35 *Singularis limitatio ad l. furti. §. j. ff. de infa. & quod licet a ſententia irrogante infamiam appelletur, & appellatio deſeratur, tamen actus medio tempore geſti ratione publici officij valent.*
36 *Et an idem ſit in geſtis ratione priuati officij ponit exemplum in canonico, qui fuit depoſitus per ſententiam ex crimine irrogante infamiam, & pendente appellatione tulit teſtimonium, vel eligit, an valeant illi actus.*
37 *Si appellatio eſt deſerta ante, vel poſt mortem condemnati, an valeat teſtamentum.*
38 *Vide ibi differentiam inter illa, quæ geruntur ratione publici, vel priuati officij quando appellatio eſt deſerta.*
39 *An geſta cum excommunicato valeant pendente excommunicatione, ſi poſtea appellatio eſt deſerta.*
40 *Sicut in termino iuris habetur ratio impedimenti, ita & in termino hominis.*
41 *Si eſt ſtatutus terminus ab homine ad proſequendum appellationem, ſi altera pars præuenit hunc terminum, & impetrauit literas, an valeant.*
42 *Si pars non appellauit a ſententia iudicis, an poſſit agere contra iudicem ad intereſſe.*
43 *Sententia nunquam tranſit in rem iudicatam quo ad iudicem, quia poterit ſemper agi contra eum.*
44 *Licet ſit appellatum a ſententia, & appellatio ſit deſerta, tamen poterit agi contra iudicem ad intereſſe.*
45 *Deſerta appellatione debet appellans condemnari in expenſis, & per quem iudicem fiet condemnatio, vel quid ſi appellatio ſit friuola, puta quia ſit appellatum poſt x. dies, vel ſine ſcriptis, an tunc condemnatio expenſarum fiet per iudicem appellationis.*
46 *Si iudex appellationis pronunciando appellationem deſertam omiſit condemnationem expenſarum, poſſet poſtea quandocunque ſupplere.*
47 *In quo differant expenſæ, quæ debentur officio iudicis, & expenſæ, quæ debentur ratione deſertæ appellationis.*
48 *Deſerta appellatio expenſæ debentur ratione retardati proceſſus, & quod iudex appellationis debet condemnare a die appellationis.*
49 *Si appellatio eſt deſerta, an iuſta cauſa litigandi excuſet ab expenſis.*
50 *An appellans condemnetur in expenſis, quando nec ipſe, nec appellatus nullo tempore eſt proſequutus appellationem.*
51 *Si iudex appellationis ab interlocutoria pronunciauit male appellatum, & omiſit condemnare appellantem in expenſis, an iudex a quo, quando cauſa ad eum reuertitur, poterit condemnare.*
52 *De quibus expenſis poterit iudex appellationis condemnationem facere, & expenſis factis in cauſa principali.*
53 *Si iudex pronunciat ſuper aliqua exceptione, & non condemnat partem in expenſis, poterit poſtea ex interuallo quandocunque vſque ad finem cauſæ in illis expenſis condemnare.*
54 *Quando ſit, quod duret officium iudicis poſt ſententiam in condemnatione expenſarum, & nota limitationem ad l. terminato. C. de fruct. & lit. expenſ.*
55 *Si iudex lata interlocutoria non condemnauit in expenſis, poterit ſemper vſque ad diffinitiuam, & in diffinitiua ſupplere.*
56 *Ab exceſsiua taxatione expenſarum appellatur.*
57 *Contumax quando recipiatur appellans, vel non a condemnatione expenſarum. & num. 58.*
59 *In appellatione a taxatione expenſarum debet appellans exprimere illud, in quo exceditur, aliàs non valeret.*
60 *Taxatio expenſarum eſt quædam executio.*
61 *An in taxatione expenſarum requiratur citatio partis.*
62 *An iudex poſsit reuocare taxationẽ expenſarum, & poſt x. dies corrigere.*
63 *An iudex ex officio ſuo poſsit condemnare in expenſis, ſi hoc non fuit petitum a parte.*
64 *Et ibi etiam nu. 65. multa de iudice, qui omiſit condemnare in expenſis, qualiter ſuccurratur parti.*
66 *An iudex poſsit repetere ab ea parte, quæ veniebat condemnanda.*
67 *Ad quem iudicem ſpectet executio condemnationis expenſarum factæ per iudicem ad quem.*

## CAP. XLIIII.

SAepe. Si appellatio recipitur a parte, vel approbatur a iudice, terminus ſtatutus ab homine ad proſequendum habet vim peremptorij, vt in abſentem procedatur, ac ſi perẽptorie fuiſſet citatus, nec poteſt talis terminus præueniri ab aliqua partium. h. d. diuiditur in duas partes principales. primò ponitur cauſa conſtitutionis. ſecundò conſtitutio ibi, præſenti. & hæc ſecunda ſubdiuiditur, quia primò ſtatuitur, vt appellatione recepta terminus habeat vim peremptorij. ſecundò ibi, quod ſi. ponitur, quid ſi appellatio non eſt recepta. tertiò ibi, ſaluis. reſeruat conſtitutiones loquentes ſuper deſertione appellationis. quartò ibi, quicquid autem. declarat principale

dictum

dictum huius tex. quinto ibi ſi quis. imponit pęnam præue-
nienti terminum hominis. ſexto & vltimo ibi hoc autẽ, deter
1 minat & limitat ipſam conſtitutionẽ.¶ † No.primo ꝙ ſi dñs
eſt citatus ad cauſam, & miſit procuratorẽ qui nõ comparuit,
vel occultauit mandatũ,condemnat̃ tunc dñs in expenſis tan-
quam contumax,vt hic.& idẽ ſi miſit procuratorẽ ad cauſam
non inſtructum.j.eo.c. Nicolao. ſecus ſi poſtq̃ incępiſſet age-
re procurator factus dñs litis ſit cõtumax, vel aliquid malitio-
ſè egit.tũc.n.ſolus ipſe ꝓcurator venit de dolo puniẽdus,vt in
l.j.§.ſi procurator.ff.ſi quis dicen.ſm Inn.hic in prin.intellige
ſi fuit citatus procurator qui erat litẽ conteſtatus: ſecus ſi tũc
fuiſſet citatus ipſe dñs , quia dicto caſu neuter cõdemnaretur
in expenſis ex quo debuit citari procurator factus dominus li
tis,vt vide plenè per Bar.in l.j.C.de ſen.& interlo. & per Doc.
2 in c.ij.ſ.de teſti. ¶†Et adde vnam ſingularem concluſionẽ qđ
in cauſa matrimonij, in cauſa ſtatus infamiæ, aut in cauſa be-
neficaili ,quia huius cauſæ nõ recipiũt intereſſe pecuniarium
ſeu extimationẽ.j.q.ij.ſi quis præbendas.& facit.l.procurator
ad exhibendũ.in fi. ff.rem rat.hab.ꝙ dolus, vel malitia procu-
a ratoris nullo caſu in his noceret domino[a] ex quo dñs in huiuſ-
modi cauſis nõ poſſet habere regreſſum ꝯ procuratorẽ,vt per
gl.in auth.hodie.C.eo.ti.& in l.j.in fi.ff.qñ appel.ſit. & ita vo-
luit no.Bal.in d.auth. hodie.col.2. ſecus autẽ ſi procurator ſit
negligens abſq; malitia,vel dolo.tunc.n. etiam in huiuſmodi
cauſis noceret domino, vt per glo.ij.in c.cum olim.ſ. de cau.
poſ.& de his plenè per Doct. in c.j.ſ. vt li.non conteſt. & per
3 Bar.in d.§.ſi procurator.¶ † Secũdò no.ꝙ ſi appellatio inter-
poſita ad Papam recipiatur à iudice,vel approbetur à parte ap
pellata immediatè eſt deuoluta ad curiã,vnde non ſufficit tũc
mittere procuratorem ad impetrãdũ literas ſuper appellatio-
ne ſeu ad contradicendum , ſed oportet quod procurator ha-
beat mandatum ad totam cauſam peragẽdam, vt hic dr̃. & in
c.interpoſita. §.j.j.eo.& intellige hoc in omni cauſa appłouis
etiam ſi cauſa non ſit beneficialis . Nam cauſæ beneficiales de
ſui natura ſunt tractandæ in curia,vt in c.j.de ele.in 6.& in cle.
cauſam. de ele. in omnibus ergo cauſis eo ipſo quod appella-
tio eſt approbata à parte appellata cẽſetur illi appłoni eſſe de-
latum,& conſequenter cauſa deuoluta ad curiam ſm Imo.di
centẽ ꝙ debet intelligi tex.hic de parte appellata,quia appro-
batio partis appellantis non ſufficeret quia non debet eſſe in
4 facultate appellãtis quod ea deuoluatur ad curiam.† & ſubdit
Imo.hic quod ſi iudex dicit recipio appłonem,cenſetur defer
re appellationi,vt probatur hic in tex.& tenuit Spe.ti. de cita-
tione:ver.nũc dicamus,circa fi.& melius eo.ti.de appel.§.nũc
5 dicamus.in fi.†Quid autem ſi iudex dicat admitto , an videat̃
deferre appellationi . vide de hoc articulo plenè per Archi. &
Io.An.in c.de appellationibus.eo.ti. in 6.¶Si aũt iudex dicit
admitto ſeu defero ſi & inquantũ de iure teneor & aliter nõ.
tunc enim iudex cenſet̃ detuliſſe ſicut de iure erat, vel nõ erat
deferendũ. & hæc fuit ſingularis determinatio Bal. in l.edita.
C.de eden.in repe.in pe.carta.in prin. pro qua determinatio-
ne cõſuluit Ang. vbi hoc ſequitur ſuo cõſi.184. quod incipit,
in cauſa accuſationis.col.4.tene menti, quia multi non intel-
ligunt hoc:in alijs vero terminis de virtute illius clauſulę,ſi &
inquantum de iure teneor. vide per Doct.in l.ſi quando. ff.de
6 leg.j.¶ † Tertio no.& ita allegatur,quod quæſtio iuris proba-
tione non indiget.ex quo infertur primo qđ allegationes iuris
nõ ſint neceſſario ꝓducendæ in cauſa: quia non indigent pro-
batione. verum tamẽ ad allegationes iuris faciendas in cauſa
debent dari dilationes per iudicẽ ſi petantur ab aliqua partiũ,
vt eſt tex.in auth.iubemus.C.de iudi.& multum intereſt face-
re & ꝓducere allegationes iuris in ſcriptis .l.iudices.C.de iu-
di.& qui non dedit,vel fecit allegationes dr̃ læſus.Hinc eſt qđ
minor reſtituitur ad allegandum.ff. de mino.l. maior 25. ann.
omiſſam allegationẽ.elapſa autem dilatione data ad allegan-
dum,licet poſsint iura allegari ipſi iudici.ar.ff.de au.& arg.le.
l.ornamentorũ . tñ tales allegationes nõ erunt reſtringẽdæ in
actis, nec tranſmittãtur cũ actis ad conſultorẽ ex quo nõ ſunt
ꝓductæ.j.terminum ſm Bal.in d.auth.iubemus. & hoc modo
debet intelligi dictum Inn. in c.paſtoralis. in princ.ſ.de cauſa
poſſ.vbi dixit,ꝙ poſtq̃ eſt concluſum in cauſa nihil poteſt alle-
gari de facto,vel de iure:intellige, vt ſic allegationes ꝓducan-
7 tur in actis,vt ſ.¶†Secundo infertur ꝙ cum omne illud quod
eſt probabile ſit ponibile . & ſic poteſt fieri poſitio ſeu articu-
lus omni caſu , quo poteſt fieri probatio facti & alias ſecus ſe-
cundum glo. in c.j. de confeſ.in vj. quod ex quo quæſtio iuris
non indiget probatione facti,dicit tex. hic poſitioni iuris non
erit reſpondendum quia non indiget probatione,vt in d.l.or-
namentorum,& de his plene per Bart.& Bal.in l.ij.C. de iura.
calum.intellige ſi eſſet ius ſcriptum. alias ſecus puta in cõſue-
tudine.qui enim allegat conſuetudinem eam probare debet.
ſ.de conſuet.c.cum dilectus.quia eſt facti,& in facto conſiſtit,
vt in c.j.de conſti.in 6.& idem in ſtatutis alterius loci,vt ibi.ſe
cus in ſtatutis loci vbi cauſa agitatur,quia cenſetur eſſe ius cõ
mune in dicto loco illius municipij , vt ī l.omnes populi.ff.de
iuſti.& iure.& j.diſt.ius ciuile.vnde dicebat no.Bal. in l.j.C.vt
quæ deſunt,quod licet ſtatuta loci nunquam fuerint allegata
in cauſa, vel producta coram iudice.tamen tenetur iudex ſup
plere & iudicare ſecundum ipſa ſtatuta & ignorantia eum nõ
excuſat,cum nõ liceat iudici ignorare iura.l.ij.ff. quod quiſq;
iuris. & ſi iudicat contra ſtatutum facit litem ſuam,ſicut ſi iu-
dicaret contra ius commune.ita dicit Bal.in d.auth.iubemus.
in princ. ſecus tamen ſi eſſent reformationes ſeu decreta non
regiſtrata in volumine ſtatutorum. Nam illę deberent allega-
ri.vide per Bar.in d.l.omnes populi.circa fi. & l.cum prolatis.
8 in prin.ff.de re iudi.¶ † Quarto no. ꝙ licet ſuper quæſtione &
declaratione iuris quãdo coram iudice verſatur ſolus articu-
b lus iuris,non requiratur aliquis ordo iuris[b] prout voluit Inn.
in c.cum inter vos.in fi.ſ.de conſue. tñ in articulo iuris nõ po
teſt proferri ſententia non citata parte.ideo hic dicitur quod
etiam tunc requiritur præſentia partis aut eius procuratoris ,
aut citatio,vt hic in tex.ex quo no.videtur probari quod ſicut
in notorio facti requiratur citatio,vt per glo. in c.ad noſtram.
el iij.ſ.de iureiur.ita & in notorio iuris ſm Imo. & Panor.hic
intelligentem quãdo in hoc poſſet defenſio aliqua cõpetere.
puta, quia ius ſit dubiũ,aut forte allegaret conſuetudinem in
contrarium , vel conſuetudinem ſimpliciter, quæ eſt optima
iuris interpres,vt in d.c.cum dilectus.& ff.de leg.l.ſi de inter-
pretatione.Item quia intereſt facere iudici allegationes iuris,
vt ſ.& vide in ſimili in gl.in c.j. de offi.dele. in 6.& quando ſit
quod in notorijs requiratur citatio, vide no.dicta de hoc arti
9 culo in c.cum ſit.ſ.eo.¶ † Quinto no.quod à ſententia ſuper
declaratione iuris poteſt appellari. facit quod dicit Bart.in l.ſi
qua pęna. ff.de verb.ſig. & currunt in hac appellatione fatalia
10 & deſeritur talis appellatio,vt eſt tex.hic probans quod † ſen-
tentia lata ſuper iure trãſit in rem iudicatam ſicut ſuper facto.
ſm Bal.intellige niſi eſſet expreſſus error iuris in ipſa ſentẽtia:
tunc enim eſſet ipſo iure nulla, vt in l.ſi expreſsim .ff.eo.ti.vel
poſſent intelligi iſte tex.quando eſſet quęſtio iuris dubij.Nam
probabile dubium iuris æquiparatur probabili dubio facti.ita
dicit glo.ordi. & no.in c.vnico.de poſtu.præla. in 6.vbi etiam
ita tradit Io.An.pro quo etiam tex.ad hoc ſin.in c.cũ dilectus.
ſ.de ꝯſue.vbi de his no.Bu.& alios Doc.alias vbi caſus legis eſt
ibi nulla dubitatio eſt.C.de fur.l.ancillæ.cũ alijs ſimilibus.& ꝑ
prædicta non videtur abſq; dubio procedere dictum Bal.in d.
c.inter vos.vbi voluit per dictum Inno.ibi ꝙ vbi eſſet quæſtio
iuris,puta an teneat ſtatutum,vel conſuetudo iudex poſsit in-
quirere,& alias interloqui ſuper hoc etiam parte non citata,
quod dicit eſſe no.dignum.& refert Cy. idẽ tenuiſſe in l . Are-
tuſa.ff. de ſta.homi. ſed certe licet verum ſit quod in articulo
iuris decidendo non requiratur ordo iuris,tamen requiritur
11 citatio ꝑtis,vt patet.ſ.hic in tex.& in quarto notabili.¶†Sex-
to no. ibi facti quæſtio,ſm Bal.ꝙ illa dicitur quæſtio facti ſuꝑ
qua habent recipi probationes,vt hic & in l.j.§.calumniatori-
bus.ff. ad Turpil. & ſuper quæſtione facti non poteſt proferri
aliqua interlocutoria niſi partibus p̃ſentibus ſeu citatis,vt hic
in tex.& vide no.per Bal.in d.l.ancillæ.quãdo dicatur quæſtio
iuris , vel facti , quia omni caſu quo quæſtio iuris eſt admixta
cum quæſtione facti,dicitur quæſtio facti & non iuris, & vide
12 ibi per Bal.in l.cum virum.C.de fideicõ. † quod eſt vtile ad ſta
tutum quod omnis cauſa debeat compromitti inter coniun-
ctos . nam intelligitur de cauſa & quæſtione facti,ſecus ſi eſſet
quæſtio iuris , vt per Bald. in d.l.ancillæ. & in d.l. cum virum.
13 ¶† Septimo no. ꝙ vbi appellatio approbatur per partem ap-
pellatam ſeu iudicem & eſt ſtatutus terminus ad proſequẽdũ
appellationem, talis terminus habet vim peremptorij ad totã
cauſam: adeo quod abſque alia citatione poterit procedi con
tra abſentem ad inſtantiam alterius partis.vnde pondera tex.
quia requirit̃ ad hũc effectum quod appellatio ſit recepta ab
appellato aut à iudice , & quod terminus ſit ſtatutus ad proſe-
quendum. alias autem non habet locum hic tex.ſm Innoc.&
Io.An.adducẽtem dictum c.interpoſita.§.j.itẽ intellige quod
terminus ſit ſtatutus à iudice , vel appellante:appellatus enim
non poſſet ſtatuere terminum appellanti & reſtringere termi
num iuris ſecundum Spec.eo.ti.§.qualiter. ver.porro.& facit
c.ex inſinuatione.& c.oblatæ.j.eo.Itẽ intellige hunc tex.pro-
cedere in appellatione ab interlocutoria.Quid aũt ſit a diffini
14 tiua,dicet̃ j.in gl.¶†Octauo nota, ꝙ licet iudex a quo nõ defe
rat

ADDITIONES

a ¶Quatuor caſus in quibus dolus vel malitia procuratoris non nocet domi-
no, vide Fel.in c.j.vt lite non conte.4.col.& ſeq.

b ¶Quando coram Iudice vertitur ſolus articulus iuris , non requiritur ordo
iuris.Adde Aret.cõſ.165.ſicut Ioannes.9.col.ver. venio ad 3.vbi ſemꝑ vide.

rat appellationi,& non admittat. per hoc tñ non eſt in eius ptā
te tollere effectum,& vigorem appellationis totaliter,quia li-
cet ſi iudex non deferret, vel appellatus tunc non deuoluat̃ cā
immediate ad curiam, tñ in oĩbus alijs appellatio hẽt ſuum vi
gorem quo ad facultatem proſequendi ipſam appellationem,
vt hic. & quo ad reuocationem attentatorum , vt in c.non ſo-
lum.de app. in 6. & quo ad pœnam iudicis non deferentis ap-
pellationi,de qua in c.de priore. s̃.eo. ſm Io.An. an tñ iudex a
quo, poſsit cognoſcere an appellatio ſit legitima, vel non . vi-
15 de no.de hoc j̃.c.proxi.¶Nono no.ꝙ † per lapſum termini ho
minis,ſicut deſerit̃ appellatio ab interlocutoria, ita & a diffini
tiua;vt eſt hic tex.& vide plene de his dicta in c.perſonas.s̃.eo.
16 ¶Decimo no.ibi ſuſpenſa,ꝙ †appellatio non reſcindit,ſed ſu
a ſpendit[a] iudicatum.c.venientes.de iureiu.tñ in quibuſdam ca
ſibus interim reſcindit,prout in infamia,& in penis corporali
bus,vt in l.j.in fi.ff.ad Turpil.& in l.furti.§.j.ff. de infam.& vi-
de in hoc dicta in rub.s̃.eod. ¶Vndecimo no.ibi,quicquid au
17 tem &c.ita allegat̃,ꝙ†omne id, ꝙ pōt allegari ꝯ̃ peremptoriũ,
& ſic citationem factam ab hoĩe ad excuſandum cōtumacias
illud idem pōt allegari reſpectu citationis, & termini iuris,aut
ſtatuti,ſm Bal.dicentem hoc eſſe menti tenendum,quia ſi ban
18 nitus ex † forma ſtatuti non dēt audiri de crimine, tñ audietur
de banno,ſi dicit non valere,quia non fuit contumax.¶Duo-
19 decimo,& vlti.no.ꝙ iſta †conſtitutio hẽt locum in appellatio
nibus iudicialibus,& extraiudicialibus. ex quo no. ꝙ verbum
litis,includit ēt actum extraiudicialē. tex. hic no.ad ſtatuta fa-
cientia mentionem de litibus, quia ēt includunt extraiudicia-
les controuerſias. & de hoc vide plenius in l.cauſas. C. de tran
ſact.vbi per gl.& Doc.in c.forus.j̃.de verb.ſig.¶In gl.in verbo,
appellauerit.ibi,ad totum negotium appellationis, nō autem
ſuper negotio principali , ſi appellatio erat ab interlocutoria.
tunc.n.non teneret̃ appellans cōparere inſtructus,& cum actis
in negotio principali, niſi appellans hoc petat, vt j̃.tangit gl. p
c.j.eo.ti.in 6.& j̃.dicet̃.¶In ea.gl.ibi,ſecus eſt de appellato. ſen
tit gl.ꝙ tex.non habeat locum in appellato, & quod debeat ci-
tari,vt ibi,prius citato,&c. Sed dic ꝯ̃;.quia prouidet pariter de
appellante,& de appellato,vt patet in tex.ibi, in abſentem pro
cedat̃.& ita tenet glo.in verbo, abſentem.niſi primo citet̃.ſed
dictum huius gl.procedit, qñ appellatio non fuit recepta a iu-
dice, vel a parte . tunc.n. appellatus non tenet̃ comparere niſi
primo citet̃, ſm Panor.eo autem caſu, quo appellatio ſit rece-
pta a iudice,vel ab appellato, & ſtatutus terminus tũc hẽt vim
peremptorij , & poterit procedi in cā appellationis appellato
vlterius non citato per hunc tex. quid aũt ſi appellatio non eſt
recepta a iudice,vel ab appellato : ſed tñ iudex ſtatuit terminũ
ad proſequendum, dic ꝙ ſi appellatus non compareat, aut nō
mittit procuratorem,non nocet ſibi,nec poſſet procedi ꝯ̃ eum
etiam in articulo appellationis, niſi prius fuerit citatus . & ita
pōt procedere gl.s̃.ſed appellans ſi non comparuit in dicto ter
mino per ſe, vel per procuratorem ſaltem ad impetrãdum, q̃a
termino ad proſequendum dr̃ ſatisfieri per ſolam impetratio-
nem.s̃.de reſcri.c.dilectus. el 2. & hoc caſu appellatio ſua erit
deſerta,vt in d.c.perſonas.s̃.eo.& appellato comparente in ter
mino condemnabit̃ ſibi appellans in expenſis,vt in c.repræhẽ
ſibilis.s̃.eo.& idem ſi alias expẽſas feciſſet ex cā appellationis,
ſm Inno.hic.& aduerte, quia cum Papa poſsit committere in
curia cognitionem cāæ principalis, dato ēt ꝙ ibi non ſit deuo-
luta per appellationem, prout tenet Gemin. in c.j. §.poſt hæc.
eo.ti.in 6.per illũ tex.dicto caſu voluit Rota in deciſ.116. quæ
incipit, Item cōmiſsione. quod habeat locum tex. hic. & eius
rō ēt in ipſa cā principali.nam citata parte legitime poterit ex
poſt procedi in abſentia ipſius partis , cum teneat̃ comparere
per ſe,vel per procuratorem inſtructum ad totam cām, ꝙ ſi nō
fecerit,tenebit proceſſus in eius abſentia, arg.tex.hic,& in c.j.
de elect.in 6.& ex his habes,ꝙ tex.hic hẽt locum,qñcunq; ipſa
cā ēt principalis ſit delata ad curiam ēt de ſpeciali commiſsio-
ne Papæ,ſm Ro.vt s̃.¶In ea.gl. in fi.gl. ponit tenorem dicti c.
j̃.eo.ti.in 6.vbi in §.poſt hæc.tex.requirit ſolum conſenſum ap
pellati,vt ſic cā ſit in curia.hic aũt tex. vr̃ velle, ꝙ ſufficiat ſola
delatio iudicis, & loquit̃ hic in tex. alternatiue . vñ dic,ꝙ quo
ad deuolutionem articuli appellationis ſufficit ſola delatio iu
dicis, vt hic in tex.ſed quo ad hoc , vt appellans teneat̃ deferre
oĩa acta cāæ, & quod poſsit procedi in abſentia appellati , non
ſufficeret ſola delatio iudicis , niſi appellatio ſit recepta ab ip-
ſo appellato.& hoc petat,vt in d.§.poſt hæc. ſm Inn. & Io.An.
b ibi.ſed tu vide no.per Rotam[b] in deciſ.204. quæ incipit,Item
ꝙ appellatus.vbi ponit j̃.ſcriptas concluſiones. ¶Prima,ꝙ qñ
appellatus approbat appellationem, & petit ꝙ appellans com
pareat coram iudice ad quem,cum oĩbus actis cāæ. tunc ſi ap-
pellans non producit acta j̃.terminum ſiue iuris, ſiue hoĩs, nō
habebit aliam dilationem ꝑ eis ꝑducendis.imò eo amplius nō
expectato ꝑcedet̃ in cā,ꝑ no.in d.c.j.& in c.cupientes. de elec.
in 6.¶Secunda concluſio eſt,ꝙ qñ appellatus nihil petit,ſed ſo
lum eſt ſtatutus terminus ꝑ iudicem appellanti ad ꝓſequendũ,
& appellatio non fuit aliter recepta a iudice, vel ab appellato
talis appellatio & ſola aſsignatio termini non deuoluat nego-
tium principale ad curiam, vt voluit Arch.& Io.An. in c.cum
appellationibus.eo.ti.in 6. & Spe.eo.ti. §.qualiter. ver.porro.
¶Tertia concluſio,ꝙ vbi eſt appellatio recepta a iudice,& ꝓfi
xus terminus , tunc ipſe partes non ſolum ad impetrandum,&
ꝯ̃dicendum, ſed ēt ad totam cām ꝑ ſe, vel ꝓcuratorem inſtru-
ctum comparere tenent̃,vt hoc in tex.& hoc nō ex vi ꝓfixionis
termini,ſed dilationis iudicis,quæ deuoluit totam cām ad cu
riam,vt in d.c. cum appellationibus . de quo tñ dic, vt ibi ple-
nius ꝑ Doct. ¶Quarta concluſio , ꝙ licet iudex nolit appella-
tionem admittere,poterit tñ appellatus ipſe admittere ſm Ho
ſti.quia de hoc eſt hic tex.clarus, qui alternatiue loquit̃ . ſuffi-
cit ergo approbatio ſolius appellati quo ad hoc, vt cā appella-
tionis deuoluat̃ ad curiam, ſed non ipſius negocij principalis,
quia quo ad principale negotium requirit̃ , ꝙ ipſe appellatus
hoc petierit,prout tradit̃ in d.§.poſt hæc. ¶Quinta concluſio
eſt, ꝙ vbi iudex detulit appellationi, tñ nullum terminum aſsi
gnauit,& appellatus recepta appellatione petijt, ꝓut hr̃ in d.§
poſt hæc . iſto caſu ſuccedit terminus iuris loco termini hoĩs
& j̃.terminum iuris dẽt appellatus comparere ꝑ ſe, vel ꝓcura
torem inſtructũ cum oĩbus actis , vt ſic ſi appellatus, aut iudex
velit, vt omiſſo appellationis articulo, ꝓcedat̃ in negotio prin
cipali poſsit ꝓcedi appellante vlterius non citato.ex quo nō ve
nit ꝑ ſe,ſeu ꝓcuratorem inſtructum,vt s̃. ſm Arch.2.q.6. appel
latore.in addi.quæ incipit,adde.non obſt.tex.in d.l.appellato-
re.ibi,canonizata,quia ꝓcedit,quando appellatio non eſt rece
pta a iudice, vel ab appellato. nec petitio facta ſm formam di-
cti §.poſt hæc.aliàs his concurrentibus ſecus eſt, vt s̃.& ita de-
terminat Rota in d.deciſ.204.¶Sed aduerte in hac quinta cō-
cluſione,quia ſi quærat̃,an expedito articulo appellationis ap-
pellans eſt amplius citandus in negotio principali.tex.non be-
ne aperit in d.§. poſt hæc. iō Imo. hic refert maiorem partem
dominorum de Rota tenuiſſe,ꝙ nō poſsit.& hoc idem ſequit̃
hic D.Ant.dicens,ꝙ iterato erat citãdus. facit tex.in d.c.j. vbi
dr̃,ꝙ tũc ꝓcedet̃ q̃tum de iure fieri poterit. & hæc clauſula nō
hẽt vim ꝑemptorij, vt ꝑ glo.& Doct.in c.cām.s̃.de reſcri.& li-
cet terminus ſtatutus fuerit appellãti:tamẽ reſpicit articulum
appellationis nō ipm negotium principale , & terminus iuris
non operat̃,ꝙ nō dẽat amplius citari cum ſit ad finiẽdam cām
appellationis, vt l.fi.§.illud.C. de tempo.app. nō autem ad in-
choãdum negotium principale . & iō requirit̃ noua citatio in
negotio principali.& ita ſequit̃ Imo. hic col.4.in fi. Cogita ta-
men,quia Io.An.hic j̃.in gl.peremptorie.tenet ꝯ̃rium.& Rota
in d.deciſ.204.& vide quod j.dicetur. & ꝑ Panor.j̃.in 9.col.in
20 ver.ſecundò quærit̃.¶Sexta,& vlt.concluſio,an†ſufficiat con-
ſenſus ſolius appellati , vt iudex ad quem , poſsit cognoſcere
de off.leg.in gl.magna, in fi.pro quo bene facit gl.quę reputat̃
ſingularis,in c.fi.in ver.figura.de hæret.in 6.quæ voluit,ꝙ lega
b tus de latere[b] nõ poſsit cõmittere cãs ſimpl̃r, ſummarie, &c.
17 & hoc idẽ ſequit̃ Bal.in l.2.C.de app.dicens p̃dicta† procedere
etiam ſi Papa conceſsiſſet legato legationem cum clauſula,oĩ
appellatione remota, quia licet dicta clauſula operet̃ quo ad
ſnĩas ferendas per eum, non tñ poterit legatus ipſe concedere
hoc ſuo delegato,pro quo tex.in c.ſuper q̃õnum. in princ. §.ſi
vero duo.ſ.de off.del. Et ſubdit Bal.ꝙ licet Princeps,vel Papa
18 cõmittat alicui† vniuerſitatem cãrum cum plena,& omnimo-
da ptãte, non tñ per hoc intelligit̃.conceſſa ptãs ſubdelegandi
cum dicta clauſula, ſ͂m Bal.in d.l.2. cuius dicta ſequit̃ Imo.in
d.l.j.ff.quibus ap.non licet.col.35.& 36.quæ tene menti.¶Ter
19 tio quęrit̃,quid de alio ordinario,cõclude ꝙ† ſi inferior a Prin
cipe delegat cãm appellatione remota ſimpl̃r, & nihil valet d.
clauſula,cum ſolus Princeps hoc poſsit,vt ſ.& idem ſi delega-
ret appellatione remota a diffinitiua,vt eſt tex.in d.l.j.ſ͂m vnũ
intellectum Bar.ibi.Aliquando inferior delegat remota appel
latione ab interlocutoria.& in hoc ſunt duæ opi. prima ꝙ poſ
ſit,vr̃ eſſe caſus in d.l.fi.C.de ſent.& interloc.& iſto caſu ẽt in-
ferior poterit apponere clauſulam appellatione remota,& nõ
poterit tunc appellari ab interlocutoria,ẽt ſi aliàs appellari po
tuiſſet de iure. & ita tenet Bar. & Ange. in d.l.fi.per illum tex.
¶Secunda fuit opinio ꝯria, in qua Bar. fuit ſibi ꝯrius. & hanc
tenet Io.antiquus gloſſator in d.l.fi.& Bal. ibi.& Bar.in d.l.j.di
cens,ꝙ quando d.clauſula apponit̃ per inferiorem a Principe,
intelligit̃ prohibita friuola appellatio,non autem illa,quę fie-
ret in caſibus a iure permiſsis, cũ inferior a Ptincipe non poſ-
ſit tollere appellationem maxime in præiudicium, ſuperio-
ris,vt in c.venientes.ſ.de iureiu.¶Sed ad hoc reſpondet Ang.
in d.l.j.ꝙ tenebit remotio appellationis quo ad ipſum delegã-
tem, non quo ad ſuperiorem, & dicit, ꝙ iſte erit caſus, in quo
de iure ciuili poterit appellari omiſſo medio, ex quo medius
vr̃ factus inhabilis propter dictam clauſulam.facit c.ſi a ſubde-
legato.de off.del. in 6. & quo ad hoc dictum idem voluit Bal.
in d.l.fi. dum loquit̃ quando appellatio prohibet̃ per ſtatutũ,
ꝙ eſt no.ad limitationem l.Imperatores.ff.de app. quæ autem
opinio ſit verior,dependet ex intellectu d.l.fi.de quo vide ple-
niſsime per Imo. in d.l.j. in 6.& 7. char.& dicet̃ j.in ſeq.q.Pa-
nor.vero hic in j.& ij.col.tenet ꝙ d.l.fi.poſsit procedere,quan
do per inferiorem eſt remota appellatio,cui appellationi ipſe
inferior delegatus poterat non deferre, puta ſ͂m eum in caſu
dubij,aut quando a iure prohibet̃ appellatio, licet per appellã
tem allleget̃ maior cã rõnabilis. tunc.n.iudex non tenet̃ defer-
re,quando eſt remota appellatio,vt eſt dictum ſ. & iſtis caſib.
poſſet operari clauſula appellatione remota,appoſita per infe-
riorem a Principe ẽt reſpectu diffinitiuæ, cum d.l.fi.generali-
ter loquat̃,ſ͂m eum:ſed certe in diffinitiua non loquit̃, cum ſit
tex.in d.l.j.ꝙ ſolus Princeps hoc poſsit, ſed ĩ interlocutoria di
20 cet̃ j.¶Quarto quærit̃,appellatio † eſt defenſio,vt in c.cũ ſpe-
ciali.§.j.j.eo.l.j.ff.eo.no.Bar.in l.ſi expreſsim. ff.eod.ti.ſed de-
fenſio eſt de iure naturę. ff.de iuſt.& iu.l.vt vim.vnde vr̃,ꝙ ap-
pellatio non poſsit tolli per Principem, vt in cle.paſtoralis.de
re iudi. minus ergo per inferiorem a Principe. dicas id verum
eſſe in defenſionibus inductis a iure naturali, prout eſt citatio,
vt tenet Bar.in extrauaga.ad reprimen. in ver.ſine figura.& eſt
tex.in cle. paſtoralis. ſed appellatio eſt defenſio inducta a iure
ciuili,vt no.in d.l.j.& idem dr̃ de recuſatione, vt in l.apertiſsi-
mi.C. de iud. vnde defenſiones inductas de iure ciuili põt tol-
lere,cum ſit ſ.ius.C.de legi.l.digna vox.j.de conceſſ.præbẽ.c.
propoſuit.hinc eſt,ꝙ põt tollere actiones,quia illæ fuerunt in-
ductæ de iure ciuili,vt no.glo.in l.fi. C.ſi ꝯ ius.& Inn.in c. quę
in eccleſiarum.de conſti.de inferiore vero a Principe dicas,ꝙ
non põt ipſe apponere clauſulam appellatione remota a diffi-
nitiua, vel ſimpliciter, cum ſoli Principi hoc ius competat, vt
in d.l.j.ſed ab interlocutoria ad finem,vt intelligat̃ ſ͂m diſpoſi-
tionem iuris poterit inferior apponere clauſulam appellatio-
ne remota, cum in effectu nihil operet̃ ſ͂m iuris diſpoſitionẽ,
prout tenet Bar.in d.l.fi.ff.a quibus app.non licet. & Bal.in d.
l.fi.& in addi.Spe.ti.de app. in ver.clauſula appellatione remo
ta,& ſequenti, vbi dicit, ꝙ per hanc clauſulam vt deroget̃ iuri,
nullus apponere põt,niſi Princeps,ſed ordinarius inferior ap-
ponit illam ad deſeruiendum iuri, pro quo allegat d.l.fi. & ita
etiam ſequit̃ Imo.in d.l.j.col.25.& 26.An autem per ſtatuta ci
uitatis poſsit tolli ipſa appellatio in prę iudiciũ ſuperioris. po-
nit Bar.in l.oẽs populi.ff.de iuſti.& iu.& Io.An.in c.fi.de app.
in 6.& Bal.in d.l.fi.& Ang.& Imo.in d.l.j. a quibus app.non li
cet.col.14.ſed plenius vide per Doc.in d.c.venientes.de iure-
iur.vbi de hoc multum ordinate tractant.¶Quinto quęrit̃,an
21 clauſula appellatione† remota,poſsit apponi per inferiorem a
Principe non recognoſcentem ſuperiorem ſaltem de facto.&
dicas, ꝙ ſic, idem in ciuitatibus Italiæ non recognoſcentibus
ſuperiorem,nam vtunt̃ iuribus Principis in reſtituendo ad fa-
mam in legitimando, & alijs Principi reſeruatis,ſ͂m Bartol.in
d.l.j.ff.a quibus app.non licet.& in l.infamem.ff.de publi.iud.
& in l.j.§.de qua.ff. de poſt. & in l.hoſtes. ff. de capti. & ſequit̃
22 hic Panor.col.2.¶Sexto quærit̃,pone ꝙ †ſtatutum tollit appel
lationem a ſnĩa alicuius iudicis, an intelligat̃ indefinite.vr̃ ꝙ
c non,ſed ſolum in diffinitiua,non autem in interlocutoria[c],qa
in dubio appellatione ſnĩæ intelligit̃ de diffinitiua,vt in c.cum
olim.de teſti.& ibi gl.l.j.§.ꝙ in ſententijs.ff.quando app.ſit. &
ſic debet reſtringi ſtatutum, vt minus lædat ius cõc.ſ.de con-
ſue.c.cum dilectus.C.de noxa. l. ſi ſerui veſtri. cum diſpoſitio
tollens appellationem,& ſic defenſionẽ,j.eod.c. cũ ſpeciali.ſit
odioſa,& reſtringenda.c.j.& ij.de fil.presb.in 6.ſecus ſi ſtatutũ
diceret,ꝙ a ptãte,vel rectore non poſsit appellari.tunc.n.intel
ligit̃ de qualibet eius ſnĩa,vel præcepto.arg.l.j.ff.de off.præſe.
prætor.& ita ſequit̃ hic Panor.col.2.in fi.referens Bal.ita con-
ſuluiſſe.Sed in primo dicto vide Arch.& Io.An.in c.vt inquiſi
tionis.in prin.de hæret.in 6. vbi intelligunt tex.ibi, dicentem,
ꝙ a ſnĩa in cã hæreſis non appellat̃.ſ.in diffinitiua, aliàs ſi in p̄
ceſſu inquiſitionis daret̃ per iudicẽ grauamen, tunc bene poſ-
ſet appellari,ſ͂m eos.Ex quibus no.ibi Gemin.ad propoſitum,
ꝙ ſtatutũ, vel lex tollens appellationem in cã alicuius negocij,
debet intelligi in diffinitiua, non autem in interlocutoria,vel
proceſſu,vt ſ.pro quo dicto facit ẽt no. tex.in l.ſi ex cã. §.nunc
videndum.ff. de min. vbi licet minor non reſtituat̃ in delictis:
tamen bene reſtituit̃ in incidentibus, vel emergentibus in pro
d ceſſu.quem tex.dicit Bal.eſſe notandum pro ſtatutis[d] diſponẽ-
tibus, ꝙ in certa cã non habeat locum in integrum reſtitutio,
vel appellatio,quia debet intelligi in deciſione negotij princi-
palis cãæ.ſecus in aliquo incidenti, vel emergenti,& ſic ĩ inter
locutoria,vt d.§.nunc videndum. quod no. quia ſæpe de facto
occurrit, ſicut in ſimili voluit Bal.ẽt notãter in l.cũ proponas.
23 in fi.C.de reb.cred.per illum tex.in fi.ꝙ† licet ſtatutum prohi-
beat in certa cã compromiſſum, debet intelligi in ipſa cã prin-
cipali. vnde vnus articulus in ea emergens bene poterit com-
promitti,ſ͂m Bal.ibi, ꝙ no. & vide dicta ſ. in j.q. conſuluit ta-
men Pau.de Caſt.ſuo conſ.22. quod incip. In Chriſti nomine,
24 amen.viſo puncto ſ.ſcripto, ꝙ † ſtatutum loquens de appella-
tione a diffinitiua militat in interlocutoria,quando in caſu eſt
eadem rõ,de quo vide ibi per eum.¶Septimo quærit̃,ad quas
25 partes extendat̃ virtus huius clauſulæ † appellatione remota.
dic ꝙ ſolum inter partes nominatas in reſcripto,non aũt ad p̄-
iudicium alterius tertij.vñ oẽs alij,quorum intereſt, poterant
comparere,& opponere coram iudice delegato cum d.clauſu
la,& ſi grauant̃ appellare,quia quo ad eos non intelligit̃ remo
ta appellatio,quia non ſunt nominati in reſcripto. tex.eſt ſin-
gu.in c.ſuper eo.ſ.de off.del. vbi oẽs Doc ita ſequunt̃.& idem
Bar.ĩ d.l.j.ff.a q̃bus app.nõ licet. licèt ſed Cuma.ibi velit ꝯriũ,
& non bene.adducit tex.in l.j.§.fi, quando app. ſit. ſed ille tex.
nõ obſt.quia iõ ibi non audit̃,quia fuerat defenſus.& prædicta
26 inducit Panor. ad ſtatuta † remouentia appellationem in exe
cutionibus ſnĩarum,& inſtrumentorum,quia nõ includũt ter
tios comparentes pro eorum intereſſe, ſed ſolum nominatos
in ſnĩijs,vel inſtrumentis: ſed quo ad ipſos tertios nõ intelligit̃
eſſe prohibita appellatio, quod ſingulariter tene mẽti. Et ex p̄-
dictis infertur, ꝙ licet cã ſit delegata per Principem appella-
tione remota, & delegatus a Principe,poſsit libere alteri ſub-
delegare.l.j.C.qui pro ſua iuriſd.c.paſtoralis.in prin. de off.de
leg. & licet eadem debeant ſeruari, & interuenire in ſubdele-
gato, quæ in ipſo delegato,vt in c.ſtatutum.§.in nullo quoq;.
de reſcri. in 6. & licet aliàs ſubdelegatus teneat̃ ſeruare & for-
mam,

ADDITIONES.

a ¶An inferior a Principe poſſit committere cauſam appel.remo. Adde hic tex. no.in l.fi.C.de ſent.& interloc.om.iud. & ꝙ ibi gl.Bar.& alij,vbi probatur, ꝙ inferior a Principe poteſt in commiſſione remouere appel.ab interlocutoria,licet non a diffinitiua. Vide ibi, & in c.ſuper quæſtionum.in princ.de offic.deleg.

b ¶Legatus de latere. Adde iſtud eſſe verum de inferioribus a ſummo Pontifice,ſed quid de inferiorib.a Principe ſeculari. Moder.in c.ſicut Romana.ſ.de reſcrip.tenent, ꝙ poſſunt cauſam appellatione remota committere, quorum opinio non obſeruatur in hoc, & vix domini Præfecti prætorio committerent ſine rege. Col.

c ¶Statutum prohibens appellationem a ſententia alicuius iudicis, intelligitur de diffinitiua,non interlocutoria.Adde hic Card conſi.72.incip.Titius.nunc ſunt,in 5.col. ver.ſed etiam præſuppoſito.

d ¶Nota diligẽter ad ſtatuta,& adde no.in c.interpoſita.§.ille deniq;.2.col.j.eo

mam, & ordinem datum in reſcripto ipſi delegato. c. venerabi
li. ſ. de off. del. tamen hæc oīa procedunt præter q̃ in hac clau-
ſula appellatione remota, quia poſita in reſcripto reſpicit ip-
ſum delegatum, vnde ipſe non poterit ſubdelegare cum d. clau
ſula appellatione remota, nec ipſa clauſula extēdit ſe ad tertiū,
& ſic ad ſubdelegatum non noīatum in lr̃is, vnde a ſnīa ſubde
legati poterit appellari. tex. eſt no. ad hoc in c. ſuper q̄onum. §.
ſi vero. ſ. de off. del. fallit in caſu notab. d. c. paſtoralis. §. fin. vbi
delegatus pōt ſubdelegare cū clauſula, appellatione remota,
27 & quæ ſit rō, ibi patet. ¶ Octauo quærit̃, quid ſi executor † depu
tat̃ in lr̃is beneficialibus, vel alijs appellatione remota, & pro-
cedit extraiudicialiter ſine parte, an tūc d. clauſula aliquid ope
ret̃. Lap. in ſua alleg. 119. quę incip. Quantum ad nuncium. cō
cludit, ꝙ non, quia iura loquentia de hac clauſulą habent locū
quando procedit̃ per iudicem iudicialiter inter partes. ſecus ſi
procedat extraiudicialiter abſq; parte, tunc. n. indiſtincte pote
rit appellari, ſm Lap. ibi, ꝙ no. ¶ Nono, & vlt. quærit̃, quādo di
28 cat̃ appellatio † expreſſe approbata a iure, vt ſic habeat locum
tex. hic, & poſsit tunç appellari non obſtāte d. clauſula. glo. hic
intelligit, quādo ius expreſſe permittit appellationem eo caſu
quo eſſet d. clauſula, ſed nimis reſtringit hunç tex. vnde Hoſti,
cum quo reſident hic Doc. dicit, ꝙ appellatio dr̃ a iure appro-
bata oī caſu, quo reperit̃ in iure in dicto caſu in ſpecie permiſ-
ſa, poſito ꝙ ius non loquat̃ aliter, quādo appellatio eſſet prohi
bita. exemplum in c. ſignificātibus. & c. ſignificauit. ſ. eo. cum
ſimil. nā ex quo iura permittunt ex illą cā appellare grauamen.
vr̃ notorium. & ſic nihil operat̃ d. clauſula, & prohibitio appel
lationis. c. ſecundo requiris. ſ. eo. & pro his vide gl. no. iuncto
tex. in c. ex conqueſtione. ſ. de reſti. ſpol. quæ dicit, ꝙ grauatus
notorie poterit appellare, licet in reſcripto oīs appellatio eſſet
remota, quia in notorijs grauaminibus d. clauſula nihil opera
29 tur. & ita ſequit̃ hic Panor. col. pe. ſicut aliàs dr̃ de † ſtatuto tol
lente omnem nullitatem. ꝙ tamen intellige, quādo nullitas fo
ret notoria, ita glo. in l. j. §. pen. ff. de tabul. exhib. Bald. in l. j. C.
ne liceat ter. prouocare. But. & alij Docto. in c. inter cæteras. ſ.
titu. j. Imo. & Ludoui. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de no. ope.
nuncia. tene menti prædicta.

*SVMMARIVM.*

1 *Appellatio eximit appellantem a iuriſdictione iudicis a quo, & operatur effectum ſuſpenſiuum.*
2 *Excommunicatus debet denunciari in publico, & quando debeat vitari.*
3 *Per denunciationem excommunicationis quis non plus ligatur, quam fuerit, nec probatur excommunicatio per denunciationem.*
4 *Excommunicato indiſtincte tolluntur fructus ſui beneficij.*
5 *Nota rationem quare excommunicatio non ſuſpēdatur per appellationem.*
6 *An appellatio iuſta & valida ſuſpendat excommunicationem, ita quod non liget.*
7 *An excommunicatus poſt appellationem legitimam ſit vitandus in iudicialibus, vel extraiudicialibus.*
8 *An valeant geſta cum excommunicato tolerato in his, quæ geruntur ratione publici officij.*
9 *Et quid in his, quæ geruntur cum eo ratione priuati officij.*
10 *In quibus, & quando ſit facienda differentia inter occultè, & publice excommunicatum.*
11 *An valeat collatio beneficij facta occultè excommunicato ignoranti ſe excommunicatum.*
12 *An pendente appellatione excommunicatus poſſit ſe ingerere diuinis, & ſit irregularis.*
13 *Excommunicato non eſt in aliquo ſubueniendum etiam pro alimentis, vel ratione eleemoſynæ, niſi fame periret, ſecus in prælato depoſito, cui ſubuenitur, ne mendicet, & vide ibi rationem differentiæ.*
14 *An ſuſpenſio a beneficio ſit prouidendum, ne mendicet.*
15 *Excommunicatus non æquiparatur relegato.*
16 *Excommunicato ſubtrahuntur fructus beneficij, & quotidianæ diſtributiones etiam pendente appellatione etiam ſi de fructibus in ſententia nihil ſit expreſſum.*
17 *An excommunicato ſubtrahatur adminiſtratio temporalium beneficij ſui.*
18 *Suſpenſus ab officio ſiue irrogetur infamia, ſiue non, in omni loco cenſetur ſuſpenſus extra territorium.*
19 *Suſpenſus a beneficio an intelligatur de alijs beneficijs extra territorium in alia eccleſia.*
20 *An ſuſpenſus ab officio, intelligatur ſuſpenſus a beneficio.*
21 *An, & quando abſolutus ab excommunicatione recuperet fructus.*
22 *Ad quem ſpectent fructus beneficij quando excommunicatio fuit iuſta.*
23 *An excommunicatus poſſit priuari beneficio, & quid ſi ſtetit in excommunicatione per annum.*
24 *An ſuſpenſus, vel excommunicatus poſsit interim alienare bona ſui beneficij.*
25 *An pendente appellatione poſſit denunciari excommunicatus, quando per denunciationem in plus ligaretur.*
26 *Excommunicatus ignoranter ſi appellat a die notitiæ, non poteſt denunciari appellatione pendente, & eſt magna limitatio.*
27 *Si appelletur a ſententia declaratoria aliquem incidiſſe in excommunicationem pendente appellatione non poterit denunciari excommunicatio, & denunciatio eſſet ipſo iure nulla.*
28 *An iudex delegatus poſſit denunciare, vel denunciari facere excommunicatum.*

§. Verum, quia. Hoc dicit. Licet excommunicatus appellet ab excommunicatione,
tamen interim non ſuſpenditur excommunicatio. & ideo po-
teſt denunciari excommunicatus, & priuari redditibus benefi
cij pendente appellatione. h. d. ſingulariter. primo ponitur cō
ſultatio. ſecundo reſponſio ibi, itaque. ¶ No. primo ibi, exi-
1 mitur poteſtate, † vnum effectum, quem regulariter operatur
appellatio, quia eximit appellantem in illa cauſa a poteſtate,
& iuriſdictione ipſius iudicis a quo. facit c. ſi a iudice. & c. non
ſolum. eod. ti. in 6. operatur ergo appellatio effectum ſuſpenſi-
uum. concord. c. venientes. ſ. de iureiuran. hic tamen effectus
non habet locum, ſi appellatur a ſententia excommunicatio-
nis. & ſic excommunicatus non releuatur appellando, & inte-
rim eſt excommunicatus. & idem in alijs ſententijs cenſuræ, vt
in c. is, cui. de ſent. excom. in 6. nec etiam per appellationem ſu
ſpenditur actus futurus omnino acceſſorius ad ipſam ſenten-
tiam. tex. eſt hic, ex quo infertur, ꝙ omni caſu, quo appellatio
non ſuſpendit actum geſtum de præterito, nō ſuſpendit etiam
actum gerendum in futurum, ſi omnino ille actus eſt acceſſo-
rius, & conſecutiuus ad actum iam geſtum, quia ratione con-
nexitatis attribuitur potius iam geſtis, q̃ futuris. concor. c. con
ſtitutus. el 2. ſ. eo. & limita, & intellige hūc tex. niſi appelletur
ante executionem, vt eſt tex. in c. præterea requiſiſti. & ibi vide
2 ſ. eo. ¶ Secundo no. ꝙ † excommunicatus debet denunciari in
publico, vt ſic ab alijs euitetur. eodem tamē modo excommu-
nicatus eſſet euitandus, poſito ꝙ non foret aliter denunciatus,
dummodo non ſit occulte excommunicatus. ita probat̃ hic,
quia cum excommunicatio trahat ſecum executionem, nec ꝑ
denunciationem amplius ligetur, vt hic in tex. ergo alia denū-
ciatio quo ad hoc non requiritur, quia illa ſit propter ignoran
tes. facit tex. & glo. in c. cum non ab homine. j. de ſent. excom.
3 ¶ Tertio no. optimum argumentum ex hoc tex. ꝙ † per denun
ciationem excommunicationis neceſſario non probetur ex-
communicatio, quia per denunciationem quis non ligatur,
& ipſa denunciatio poteſt eſſe iniuſta, vnde neceſſario non in-
fertur, ꝙ denunciatus ſit excommunicatus, niſi aliter de ipſa
excommunicatione probetur. facit ratio tex. in c. licet. de ſent.
excommuni. in 6. pro quo vide glo. ordin. in verbo, nomen. in
c. j. de excep. in 6. & per Rotam in deciſ. 252. quæ incipit, Item
licet ſit concertatio. & vide de his dicta in c. peruenit. el j. ſ. eo.
4 ¶ Vltimo no. & tene menti, quia nullibi melius probatur, † ꝙ
excommunicato debent ſubtrahi fructus, ſiue redditus ſui be-
neficij quantumcunq; dicatur excōmunicatio iniuſta, & quan
tumcunque ab excommunicatione pendeat appellatio, nec
debet expectari euentus cauſæ, cum enim interim ſit excom-
municatus, & denegetur ſibi communio ab eccleſia, ergo eſt
deneganda omnis vtilitas ab ipſa eccleſia proueniens, de quo
in glo. fin. ¶ In glo. in ver. executionem. in princ. no. ex glo. ra-
5 tionē quare ſit, ꝙ † excommunicatio non ſuſpendatur per ap-
pellationem. licet glo. aliter dixerit, & male in l. fin. C. ſi a nón
compet. iudi. & cum ratione huius glo. reſident hic Bald. &
Imo. licet Panorm. hic conetur impugnare, & referat alias ra-
tiones, de quibus hic per eum. ¶ In glo. pen. ibi, pendet ex futu-
6 ro euentu, cum hac glo. communiter reſident Doct. † conclu-
dentes, ꝙ aut eſt certum appellationem non tenere, & excom-
municatio ſtatim ligat, quia friuola appellatio nihil operatur,
c. cum appellationibus. eo. ti. in 6. aut eſt certum fuiſſe validā,
& iuſtam. & tunc excommunicatio non ligat, c. dilectus. ſ. eo.
aut dubitatur tunc quo ad nos pendet ex futuro euentu, ſed ve
ritate inſpecta aut ſtatim tenuit, aut ſtatim fuit nulla, quia lex
eſt certa de eo omni, ꝙ eſt certa natura. l. ſi pater. ff. de ſolu. l.
cum ad præſens. ff. ſi cer. pet. licet apud nos non ſit certum, ſed
pendeat cognitio ex futuro euentu, quia dubius eſt litis euen-
tus. l. quod debetur. ff. de pec. verumtamen quādo excommu-
nicatio fuit lata poſt appellationem ex cauſa, ſi qua foret vera,
deberet legitima reputari. iſte interim pendente appellatione
non eſt habendus pro excommunicato: ſecus ſi appellatio eſt
deſerta, vt eſt text. in dicto cap. licet. de ſenten. excommu. in
7 ſexto. Intellige † ꝙ pendente appellatione nō habetur pro ex-
communicato in extraiudicialibus, & alijs legitimis actibus.
ſecus in iudicialibus, vt eſt text. in capi. ſolet. in fi. de ſenten.
excommunic. in ſexto. ſed certe videretur, quòd hoc caſu non
pēdeat ex futuro euentu qn̄ ſnīa cenſuræ fert̃ poſt appꝉonem
legitimā ſtatim eſt nulla: nec oportet aliter iuſtificare & pro-
bare veritatē cāæ ipſius appꝉonis: an ſit vera, vel non. ſatis eſt ꝙ
ſit appellatū prima facie ex tali cā, quæ ſi eſſet vera dr̃et legiti-
ma re-

ma reputari : vnde fruſtra expectat̃ iſte futurus euentus cũ nõ
ſit neceſſariũ aliter iuſtificare & ꝓbare veritatẽ cãæ iſto caſu ,
vt vide de hoc dicta in c.bonæ.ſ.eo,& põdera ibi dicta in 2.cõ
8 clu.q̃tũ ad hoc dictũ.¶†In ea.gl.in fi.hæc gl.malè loq̃t & ꝯclu
de ſic. nã aliq̃n excõicatus gerit aliqua rõne publici officij. &
iſta valent ex quo reputabat̃ nõ excõicatus ratione præceden
tis appellationis licet fortè veritas eſſet in ꝯ̃rium.ar.c. ad pro-
9 bandũ,ſ.de re iudi.& in l.Barbarius.ff.de offi.præto. ¶†Aliq̃n
excõicatus pendente appellatione gerit aliqua,vt cũ eo gerũ-
tur rõne priuati iuris ſeu officij quæ cõcernunt eius priuatam
vtilitatẽ vel alterius. & tunc ſi actus hmõi alias de ſe ſunt ꝓhi-
biti excõicato, & tũc nõ valent ẽt ſi reputabat̃ nõ excõicatus.
10 ſ.de cõſue.c.cũ dilectus.& ibi per Inn. † vbi ſingulariter dicit
ꝙ nunq̃ eſt faciẽda differentia inter occultũ & publice excõi-
catum vel econuerſo.niſi in his quæ geruntur ratione publici
11 officij nõ in alijs.& idẽ tenuit Io.An.in c.j.de reſcri.in vj. † ex
quo infertur ꝙ collatio beneficij facta excõicato erit nulla . j̃.
de cle.ex.mi. c.poſtulaſti.ẽt ſi putabatur nõ excõicatus , aut ſi
ignorabat ſe excõicatum ſm gl.in c.pen.j̃.de cle.licet glo.ve-
lit ꝯ̃rium hic & nõ bene ſm Pan.& Imo.hic,dicẽtẽ ꝙ ſi poſtea
ꝓnunciaretur ꝯ̃ ipſum excõicatum appellantẽ veniret priuan
dus beneficio ad quod fuit promotus poſt excõicationẽ : licet
pendente appl'one ex quo nunc apparet eum retro fuiſſe ex-
12 cõicatum,& ſic non legitimæ promotum,d.c.poſtulaſti.†ſi ta
men interim pendente appellatione excõicatus ingeſſit ſe in
diuinis,tunc excuſatur ab irregularitate,quia nõ dr̃ contẽpſiſ-
ſe ex quo pendebat appellatio. ideo excuſatur ſi fuit in proba-
bili ignorãtia,vt in d.c.pe.& ibi gl.ſm Imo.& Pan.hic. nõ ob.
glo.no.in c.ſæpe.ſ.eo.in ver.rata manet.in fi. quia illa gl.pro-
cedit quando cõſtabat appellationẽ legitimam , licet forte ſit
deſerta: ſed hic quando conſtabat appellationẽ nõ fuiſſe legi-
timam ſm Imo. adducentẽ ꝙ hr̃ in d.c.licet. & in d.c.ſolet. de
ſen. excom. in 6. & tene menti prædicta ad declarationẽ eorũ
quæ dicta ſunt in d.c. ſæpe. quia geſta per excõicatum vel de-
poſitum appellatione pendente non valent in his quæ gerun-
tur ratione priuati iuris vel officij,quando conſtat qđ appella
tio non fuit legitima:ſecus ſi conſtaret ꝙ fuerit legitima,quia
interim geſta valerent poſito ꝙ appellatio ſit deſerta , vt in d.
13 c.licet,& in c.ſæpe. ¶†In gl.fi.in prin.hæc eadẽ gl.j̃.ĩ fi.ibi ego
credo.ſoluit hanc qõnem & concludit ꝙ excõicato non ſit in
aliquo ſubueniendũ ẽt pro alimẽtis:niſi fame periret.& ita vr̃
hic reſidere Io.An.& ratio drĩæ inter excõicatum & depoſitũ
eſt, quia excõicatus põt ſibi prouidere petẽdo abſolutionem.
nõ ſic in depoſito,quia ẽt mandatus non recuperat primũ ſta
tũ.ideo ſibi prouidet̃ de aliquibus tp̃alibus ne mẽdicare coga
tur in opprobriũ cleri,vt hic in glo.facit ad prædicta tex. & gl.
50.diſtinctio.ſtudeat.& gl.in c.quia ſæpe,de p̃ben.in 6.& j.q.j.
14 q̃ pio,& 6.q.j.ep̃s.& hanc opinio.ſequuntur.hic Doct.¶ † Ex
prædictis infert̃ limita.ad gl.in c.cũ V.intonieſis. de ele.dicẽ-
tẽ eſſe prouidendum ſuſpenſo in neceſſarijs, ne ſic mendicet
in opprobriũ cleri:nã dẽt intelligi quando ſuſpenſio ſit ꝑꝑ cri
men, ſecus ſi ꝑꝑ cõtumaciã,cũ poſſit ſibi tunc prouidere pur-
gando cõtumaciã ſm Pan.hic col.6. inferentẽ ex his ꝙ excõi-
cato nõ ſit faciẽda eleemoſina,niſi fame periret:alias ſecus, vt
hic in fi.huius gl.& de ſuſpenſo vide gl. & Doc.in c. ap̃licæ.ſ.
15 de excep.¶†In ea.gl.ibi.16.q.j.illud.reſidet ergo gl.in conclu-
ſione ꝙ de iure nõ ſubtrahant̃ excõicato fructus beneficij,niſi
hoc in ſnĩa ſit expreſſum.ſed do.Ant.hic ꝯ̃ per hunc tex.priua
tur.n.collatione eccleſiæ non ob.ꝙ excõicatus æquiparet̃ re-
legato,vt voluit glo.inſti.de cap.dimi.§.media.& quibus mo-
dis ius patriæ pote.ſol.quia certe hoc non ꝓcedit. nã excõica-
tus in vna eccleſia in oĩ loco cenſe t̃ excõicatus. 11.q.3.curæ.
ſ. de offi.or. ad reprimendã.ſecus in relegato qui nõ ꝑdit alias
ciuitates.nõ ergo equiparantur relegatus & excõicatus,vt hic
per Pan.col.7.& plene per Ang. in ſua diſputatione,q̃ incipit.
Duo adinuicẽ litigantes . ſi ergo eſſet neceſſaria priuatio fru-
ctuũ in ſnĩa excõicationis,ſuſpenderetur ſnĩa quo ad fructus
ꝑ appl'onẽ ſi nõ traheret effectũ immediatè ab excõicatione,
ſed ab ipſa ſnĩa, cũ tot cẽſeant̃ eſſe ſnĩæ quot ſunt eius capitu-
la ſeparata.l.ẽt.§. ex cã.ff.de mi.c.Raynutius. & c.Raynaldus.
de teſta.ſed quia ſubtractio fructuũ dependet & infertur ab ip
ſa excõicatione . ideo non ſuſpenditur per appl'onẽ , vt hic in
16 tex.¶†Conclude ergo qđ excõicatus priuetur fructibus bene-
ficij ẽt pendente appellatione & etiã ſi nihil de hoc in ſnĩa ſit
expreſſum.& fortius priuaretur quotidianis diſtributionibus
ſm Imo.hic,& hanc concluſionẽ ſeq̃tur hic Pan. col.8. addu-
cit Inn.ita tenere in c. qualiter.el ij.j̃.de accu.circa fi.& Spe.ti.
de expenſis & intereſſe,circa fi.pro quo bonus tex. iuncta gl.j.
17 31.diſt.c.præter.¶† Sed dubitatur circa prædicta an excõicato
ſubtrahatur adminiſtratio tp̃alium ſui beneficij. do. Anto. vr̃
hic velle ꝙ nõ,licet teneat ꝙ nullã vtilitatẽ habere debeat.ſed
Pan.hic ꝯ̃ ꝙ excõicatus eſt ſuſpenſus ab officio, & conſequen
ter a beneficio.ſed ſuſpenſus a beneficio non habet eius admi
niſtrationem,vt in c.j.de ele. in 6.concludit ergo ꝙ beneficio
excõicati poſſit per ſuperiorẽ deputari vicarius.ar.c.cũ ex eo.
18 de ele.in 6.¶†In ea.glo.ibi,ſed prius dictum ꝑualet.ſ.ꝙ ſiue ſit
ſuſpenſus ab officio ex cã irrogante infamiam,ſiue nõ,ſemper
erit ſuſpenſus ẽt extra territorium,& quo ad oĩa alia , & ita ſe
quitur Io. An. hic & alij Doc. quia per ſuſpẽſionem ab officio
inhabilitatur perſona & ordo. vnde talis inhabilitatio ſeq̃tur
perſonã quocunq; vadat ſicut lepra leproſum,vt in l.ex ea.hic
allegata pro ꝯ̃rio.q̃ nõ ob.illud.n.interdictũ ꝙ nõ poſſit appel
lare non afficit perſonã. ideo ſe non extẽdit in alio territorio,
ſed ſuſpẽſus ab officio in vna eccleſia , & in vno loco durat &
19 habet locũ in omni loco ipſa ſuſpẽſio, vt hic in gl.¶†In ea.gl.
ibi,in alio põt hr̃e beneficium.no.ex gl. quod ſnĩa ſuſpẽſionis
a beneficio non operatur in alio territorio, quia poterit alibi
retinere beneficium.Et conclude ſic ꝙ aut quis eſt ſuſpẽſus ab
homine aut a iure. primo caſu ſi eſt ſuſpẽſus à certo beneficio
non noceret in alijs beneficijs.& ita põt procedere glo.hic.fa-
cit ꝙ hr̃ in c. ſi compromiſſarius.de elec.in 6.& in l. ſi vnus.§.
ante omnia.ff.de pactis. ſi vero ſuſpenſio eſt ſimpliciter a be-
neficio. tunc aut conſtat quod voluit ab omni beneficio ſuſpẽ
dere & inhabilitare eius perſonam.tunc erit inhabilis ẽt extra
territorium ſententiantis.arg.c.poſtulaſti.ſ.de fo.compe.vbi
ordinarius poteſt priuare beneficio quod qs habet in aliena
diœceſi.ſed in dubio ſnĩa ſuſpẽſionis debet reſtringi ad bene-
ficia in territorio ſnĩantis.arg.c.ij. de conſti.in 6.& c.a nobis.
el'j. de ſen.excõ.& eſt tex.in l.cũ vnus.§. his q.ff.de bon. auth.
iudi.poſ.Secundo caſu quando ſuſpenſio a beneficio inducit̃
a iure:tunc ſi ſit ex cauſa cõcernente certã eccleſiam & opera
tur ſolum reſpectu beneficiorum illius eccleſiæ , vt ꝓbatur in
c.cũ in cunctis.ſ.de ele.in fi.iuncto d.c.ſi compromiſſarius. ſi
vero cauſa ſuſpenſionis non concernit certam eccleſiã vel lo-
cum: tunc trahitur ad beneficia in quocunq; loco poſita,ar.d.
20 c.ſi compromiſſarius,in rõne ſui,ſm Doc.hic.† & an ſuſpẽſus
ab officio intelligatur ſuſpenſus a beneficio . vide per gl.or.in
ver.ſuſpenſi.in cle.cupiẽtes.de pęnis.& hic per d.Ant.& Imo.
21 in pe.col.In ea.gl.ibi,ſi iniuſtè.no.ex gl.† an & quando abſolu
tus ab excõicatione recuperet fructus medio tp̃e deperditos .
ꝯcludit gl.quod ſi iniuſte fuit excõicatus,illos recuperet,alias
ſecus,& cum hac ſolutione gl.tenent hic Doc.ſcias tamen qđ
excõicatus priuatus fructibus pendente appl'one non reuoca
bit fructus per viam attentati : quia illa innouatio fuit legiti-
mè facta,vt hic in tex.& ſ.eſt dictum : ſed alias per viã querelæ
debent reſtitui ex quo apparet eum fuiſſe iniuſtè excõicatum
& appl'onẽ fuiſſe legitimam , vt hic in gl.ſm Imo.hic,& ita ẽt
22 tenent do.de Rota deci. 15.prout hic refert Imo.¶ † Extra gl.
q̃ritur primo,quid fiet de iſtis fructibus quãdo excõicatus fuit
a iuſtè excõicatus.[a] dic ꝙ debẽt conuerti in vtilitatẽ eccleſię, vt
notatur in iuribus ſ. allegatis ſm Pan. hic in vlt.col. & vide ꝑ
23 gl.in ver.dimidia.in cle.vt hi.de æta.& quali.¶†Secundo q̃rit̃
an ſicut excõicatio inducit priuationẽ fructuum beneficij , vt
ſ.ita inducere poſſit priuationẽ ipſius beneficij.dic ꝙ nõ , niſi
contemneret excõicationem perſeuerãdo in ea poſt annum.
tunc.n.poſſet priuari beneficio, vt no.in c. cũ bonæ.de æta.&
quali.& in c.excõicamus.§.j.j̃.de hær. & ita ſequitur hic Imo.
in fi.vide glo.no.11.q.3.rurſus.& c.quicunq;.& in c.cũ cõtu-
24 macia.de hære.in 6.¶ † Tertio q̃ritur an ſuſpenſus vel excõi-
catus poſſit interim alienare bona ſui beneficij.videret̃ ꝙ non
ex quo eſt ſuſpenſus ab adminiſtratione,vt ſ.eſt dictũ.ſed vide
in c.veritatis.ſ.de do.& ꝯtu.& ibi per Doc.diſtinguẽtes inter
occultũ & ſic toleratũ & publice excommunicatum ſeu ſu-
ſpenſum.de quo articulo dic prout ibi habetur & per Inno.in
25 c.fi.in fi.j̃.de accu.¶†Quarto quæritur,dr̃ hic in tex.ꝙ excom
municatus pendente appellatione cũ per denunciationẽ non
plus ligetur,quid ſi per denunciationem in plus ligaretur ꝓut
eſt in caſu c.tua.j̃. de ſen.excõ. dic ꝙ tunc nõ poſſet denũciari
& per appellationẽ impediret̃ ipſa denunciatio ex quo tunc
26 ceſſat rõ huius tex. ſm Imo.hic in fi.¶ † Quinto quæritur po-
ne ꝙ aliquis fuit ignorãter excommunicatus ꝙ eſſe põt , vt in
c.illud.& c.pen.j̃. de cle.exc. an appellatio a tali excõicatione
a die notitiæ habeat impedire eius denunciationẽ & publica
tionẽ? dic ꝙ ſic,nã pendente appellatione non poſſet iſte denũ
ciari per no.j̃.eo.in c.dilectis.in ver.cũ interim &c.ſm Io.An.
& idem ſequitur hic Imo. & idẽ ẽt tenuerunt Lapus & Gemi.
in c.is cui.§.fi.de ſen.excõ.in 6.ꝙ no. quia eſt limitatio notabi
lis ad hunc tex.qui optime declaratus eſt.¶Sexto quærit̃, licet
27 appellatio† non ſuſpendat excõicationem, vt hic in tex. quid
ſi appellet̃ a declaratoria declarante aliquem incidiſſe in ex-
commu-

ADDITIO.

a ¶Vide hic pulchras q.circa excommunicatum.

a communicationem latam ab hoīe, vel a iure, an denunciatio
ſieri poterit poſt talem appellationem. & dic, ꝙ non: imò ſicut
ſnīa excōicationis redderet̄ nulla poſt appellationē legitimā,
vt in c.per tuas.j.de ſent.exc.ita & talis denunciatio erit nulla
ſi fieret dicto caſu poſt ipſam appellationem, vt eſt tex.no.in c.
peruenit.el j.s̄. eo. intellige niſi factum fuiſſet notorium, put
ibi hr̄, vbi vide no.dicta de hoc. & facit ꝙ no.hic Io.An.in ver.
denunciare.& idem ſequit̄ Imo.& idem Lap. & Gemi. in d.§.
fin.ꝙ no.pro vtili,& no.limitatione ad hunc tex. qui quotidie
allegat̄.idem voluit no.Inn.in c.j.in fi.de ſequeſt.poſſ. vbi ple-
28 ne de his.¶Septimo quærit̄, an quilibet iudex † poſsit denun-
ciare excōicatum pendente appellatione a ſnīa excōicationis.
de ordinario eſt tex.hic, ꝙ pōt, ſm D.An.ſed in delegato cōclu
dit Inn.ꝙ ſi detulit appellationi, non poterit denunciare.c.cū
appellationibus.eo.ti.in 6.ſi vero nō detulit, aut appellatio eſt
recepta a ſuperiore, & nō poterit denūciare, quia cenſet̄ ab eo
reuocata iuriſdictio, vt in c.paſtoralis.§.præterea.s̄.de off.del.
aliàs ante appellationem receptam a ſuperiore, poterit denun
ciare excōicatum, & ēt mandare ordinario ꝙ denunciet. argu.
c.ſignauit.s̄.de offi.dele. ¶ Vltimo quærit̄, an ſicut excōicatio
non ſuſpendit̄ per appellationem ſubſequentem, vt hic in tex.
ita abſolutio ab excōicatione non ſuſpēdit̄ per appl̄onem ab
ea.dic ꝙ nō ſuſpendit̄, quia par eſt ptās ligandi, & ſoluendi. de
pe.di.j.verbum.no.Inn.in c.ab excōicato.de reſcr.Io.An.in c.
ſacris.de ſen.exc.& ſequit̄ Im.hic.& facit gl.in c.nouit. de off.
leg.& de hoc no.in c.qua fronte.s̄.eo. vbi vide plene dicta.

ADDITIO.

a ¶A declaratoria declarante aliquem incidiſſe in excommunicationem. Excommunicationis, & declarationis excommunicationis differentias vide per Ludo.Rom.copioſe, & ſignanter in conſi.ſuo 482. & an ſit euitandus excommunicatus in foro conſcientiæ, licet ſit dubium de excommunicatione. vide per eundem in conſi. 387.

*SVMMARIVM.*

1. *Iudex a quo, an poſſit cogi ad deferendum appellationi.*
2. *An excommunicatus poſſit principaliter petere denunciari, & declarari non eſſe excommunicatum.*
3. *Renocatio attentatorum pertinet ad iudicem appellationis.*
4. *Qualiter intelligatur illa regula, appellatione pendente nihil eſt innouandum, declarat ibi.*
5. *Quando ſit, quòd per actum contrarium intelligatur quis renunciare appellationi, quando eſt proteſtatio in contrarium.*
6. *Querelans de iniuſta ſententia coram epiſcopo, an videatur renunciare appellationi interpoſitæ ad Papam.*
7. *An archiepiſcopus poſſit cognoſcere de iniuſtitia appellationis, & excommunicationis interpoſitæ ad Papam.*
8. *An archiepiſcopus poſsit abſoluere ad cautelam a ſententia excommunicationis lata ab epiſcopo poſt appellationem ad Papam.*
9. *Si eſt appellatum a ſententia excommunicationis, an pendente appellatione poſsit peti abſolutio a iudice a quo.*
10. *Appellans litigando, & adeundo iudicem a quo, cenſetur renunciare ſuæ appellationi, & ibi ponit ſex notabiles limitationes.*
11. *Nunquam per actum contrarium appellationi cenſetur quis renunciare appellationi, quando ille actus non fuit acceptatus per alteram partem.*
12. *Quando iudex a quo, detulit appellationi, an per actum contrarium ex poſt coram ipſo cenſeatur appellans renunciare ſuæ appellationi.*
13. *Quando ſit, quòd appellans litigando coram iudice a quo appellauit, cenſeatur renunciare ſuæ appellationi.*
14. *An litigando coram iudice a quo, cenſeatur quis renunciare appellationi interpoſitæ.*
15. *Oppoſitis exceptionibus delatorijs iudex præcipit litem conteſtari, & facta ſit litis conteſtatio cum proteſtatione, an poſt litem conteſtatam poſsit agi de dictis dilatorijs.*
16. *Excommunicatus petendo abſolutionem cum proteſtatione, quod non intendit renunciare appellationi, poterit abſolui a iudice a quo appellauit renunciatione appellationis.*
17. *Appellationi interpoſitæ, vel interponendæ quis non cenſetur renunciaſſe per actum contrarium quando vt ibi proteſtatur.*
18. *An & quando valeat proteſtatio contraria facto in iudicialibus, vel extraiudicialibus.*
19. *An valeat proteſtatio a faciente actum contrarium priuilegio ſic, vt non renunciet priuilegio.*

CAP. LIIII.

SOlicitudinem. Si excōicatus ab ēpo poſt quam appellauit ad Papā, proponat ſimpliciter querelam coram archiēpo de iniuſtitia ſnīæ, vr̄ renunciare ſuę appellationi, & archieṗs non cognoſcet: ꝙ ſi fecerit, poterit eṗs appellare niſi notorium ſit excōicationem non tenere. h.d.vel ſic. Si appellans ad ſuperiorē cōpareat coram inferiore in cōcernentibus appellationem, cenſet̄ renunciare appellationi. ſi autē proteſtet̄, ꝙ nō intendit renunciare appellationi tanq̄ ɔ̄ria allegās nō eſt audiēdus, niſi ſit notorium illum actum ſuperioris, pro
cuius emandatione adiuit inferiorem, fore iniuſtum. h.d. ſm
1 Panor.& ſecunda pars ibi, nos igit̄.¶No.j.ꝙ iudex † a quo, non
a pōt cogi, ꝙ deferat appellationi, qn̄ putat eam minus ltīmā a.
imò pōt tunc excōicare appellantem tanq̄ cōtumacem. rō ꝑ-
dictorū eſt, quia qn̄ appellatio nō eſt legitima, nō defendit ap-
pellantem.c.cum appellationibus.eo.ti. in 6. ergo pōt reputa-
ri cōtumax, vt in c.2.de do.& cōtu.lib.6.& rōne cōtumaciæ ex
cōicari.s̄.vt lite nō cōte.c.tuæ.validitas tn̄ excōicationis apud
nos pendet ex futuro euentu, vt eſt dictum s̄.c.proxi. & ibi per
gl.pōt ergo duplex eſſe practica ɔ̄ appellantem iniuſte. primò,
excōicare eum tanq̄ contumacem, vt hic, & in d.c.2. ſecundo
procedere in negotio principali nō obſt. appellatione ſi ſtatus
2 cāæ hoc patiat̄, vt in d.c.2. ¶ Secundò no.ꝙ † ſicut excōicatus
pōt poſt appellationem denunciari excōicatus, vt s̄.c.proxi.vt
ſic euitet̄.ita poterit excōicatus petere ſe denunciari, & decla-
rari nō ligatum, vt ſic nō euitet̄ ab alijs, vt hic in tex. ex quo hr̄
optima cautela, qn̄ quis reputaret̄ excōicatus, vel alius crimi-
noſus.pōt.n.adire iudicem, & petere declarari, ac denunciari
ſe nō eſſe excōicatum, vel criminoſum, vt hic eſt tex.no.quem
multum hic no. Bald. ꝙ vbicunq; eſt probabile dubium iuris,
vel facti, ſemper poterit peti declaratio, & ferri ſuper hoc ſnīa
declaratoria.ꝙ eſt menti tenendum ad notata per Bar.in l.ſi fi
nita.§.eleganter.ff.de dam.infe. An & qn̄ poſsit peti, qđ decla
ret̄ actio, ſeu ius alicui cōpetere, vel nō cōpetere, vel exceptio
cōpetere, vel nō cōpetere, vt ibi per eum, pro quo optime hic
3 tex.¶Tertiò no.& ita allegat̄, ꝙ † reuocatio attentatorum ap-
pellatione pendente pertinet ad iudicem appellationis. & iō
alius iudex nō pōt cognoſcere de innouatione poſt appellatio
nem ſi tangunt articulum appellationis, ēt ſi hoc ageret̄ ad pe
titionem appellantis, vt hic eſt tex.quem limita. Primo, niſi ap
pellans velit renunciare appellationi, vt hic dr̄. Secundò li-
mita, niſi attentata ſint notorie iniuſta, vt hic in tex. & in c.cū
teneamur.s̄.eo.& ita pōt intelligi tex. hic in ver.ſi vero. Ter-
tiò limita, niſi attentata nō tangant cām, vel negotium appel-
lationis, ſed poſsint expediri circa cognitionem articuli appel
lationis. tunc.n.poſſet inferior, & alius iudex ſe intromittere
ſuper attētatis, vt in d.c.cum teneamur.& hic in tex.a ɔ̄rio ſen
4 ſu, qui optime declarat illam regulam, appellatione † pendēte
nihil eſt innouādum.nam dēt intelligi in cōnexis articulo ap-
pellationis, & quæ ipſam appellationem tāgunt, ſecus in alijs.
& ex prædictis ēt pōt colligi rō, quare ſuper notorie iniuſte at
tentatis poſsit hic inferior iudex ſe intromittere. nam rō eſt
propter notoriam iniuſtitiam, quia alia cāæ cognitio non re-
quirit̄.s̄.de iureiur.c.ad noſtram.el 3.& 2.q.j.de manifeſta.ſm
Imo.hic. ¶Quartò no. in ver.ſi vero. no. ꝙ ſuper notorio ar-
chieṗs pōt cognoſcere per viam querelæ inter ſubditos ſuffra
ganei.facit c.Romana.§.notoria.de cenſ.lib.6.ſm Doct. & vi-
de alios caſus per gl.ord.in c.paſtoralis.s̄.de of.ord.¶Quintò
no.ꝙ ſicut renunciatur appellationi litigando coram iudice a
quo, de cā principali, & tangentibus ipſam appellationem. s̄.
de off.del.c.gratum.& s̄.de teſti.c.cum veniſſent. ita per com-
paritionem coram alio iudice ad quem, qn̄ talis iudex erat ſu-
perior iudicis a quo.& hoc plene dicet̄ j. in gl.pe. ¶Vlti.no.&
5 tene mēti, quia ſæpe allegat̄, ꝙ † per actum ɔ̄rium appellationi
non intelligit̄ quis renunciare ſuæ allegationi, qn̄ hoc proteſta
tur.proteſtatio.n.operat̄, ꝙ non intelligat̄ quis renunciare iu-
ri ſuo.facit l.ſi debitor.& ibi gl.ff.quib.mod. pig. vel hyp.ſol.
de quo plene in gl. fi. ſed tn̄ talis ita proteſtans non audit̄ tanq̄
ɔ̄rius, vt hic in tex. qui ēt allegat̄, ꝙ allegans ɔ̄ria non eſt au-
diendus.concor.l.j.C.de fur.¶In gl.in fi.poſſet dici, ꝙ vna fuit
tm̄ conſultatio, prout clare deprehendit̄ ex prin.huius c.ſ.vtrū
archieṗs poſsit denūciare excōicatum ab ēpo poſt appellatio
nem ad Papam non eſſe ligatum, ſed ad euidētiam ſolutionis
Papa hic præmittit oīa expreſſa hic in tex.ſm Panor.¶In gl.2.
in fi.ɔ̄rium hoc format̄ ad tex.hic, quia ſicut s̄.c.prox. excōica
tus pōt denūciari ligatus ēt pendente appellatione. ita hic pē-
dente appellatione dēt poſſe denūciari non ligatus, maxime
cū abſolutio ſit actus magis fauorabilis. ſed dicas, ꝙ s̄.c.proxi.
ſicut appellatio non ſuſpendit excōicationem, ita non ſuſpen
dit eius acceſſorium, & ſic denunciationem. hæc aūt appella-
tio præceſsit excōicationem, & ita illa ſuſpendit. s̄.eo.ti.præ-
terea requiſiſti.iō non pōt aliquid attētare, ꝙ ſit in præiudiciū
appellationis, vt hic in tex. archieṗs.n.hic non poterat de vali
ditate, vel inualiditate vinculi excōicationis cognoſcere quin
cognoſceret de iniuſtitia, ſeu iuſtitia appellationis interpoſi-
tæ ad Papam, & cū hoc non poſsit, non pōt ēt eius acceſſoriū,
vt hic dr̄, ſed non ſic in c.præcedenti, vt s̄. ¶In glo. in ver.eṗs
poſſet.

ADDITIO.

a ¶Quando appellatio non eſt legitima, iudex a quo nō cogitur ad deferendum appella. Adde hic Card.conſ.32.inci.Orta inter a, & b.2.col.vbi eſt pulchra ampliatio ad hoc.

poſſet.in prin.ſed cũ eṗs hic non detulit appellationi alterius
nõ deberet eius appellatio admitti,vt in c.an ſit.ſ.eo.& tñ hic
dr̃ ɔ̄rium. ſed dicas, ꝙ forte appellatio alterius partis non erat
iuſta, tunc.n.ceſſat diſpoſitio d.c. an ſit. vt ibi in ver.legitime.
de quo dic,prout ibi eſt dictũ. ¶In ea.gl.ibi punire illum,hæc
rñſio non tollit ɔ̄rium,quia eṗs primo dixit appellationẽ nul-
lam,iõ excõicauit appellantem. nũc vero coram archiepõ vr̃
deducere appellationem ad Papam eſſe validam,ſed dic,ꝙ nõ
fatebaẽ appellationem legitimam, ſed ſolũ dicebat cognitio-
nem non ſpectare ad archieṗm, ſed ad iudicem appellationis,
vt in c.dilectus filius.el j.ſ.de reſcri. ¶In ea.gl.in fi.dicas, ꝙ iõ
a iudex a quo,non cognoſcit de iuſtitia appellationis [a], & ſic an
ſua ſit iuriſdõ,quia talis cognitio ſpectat ad alium,& ſic ad iu-
dicem ad quem,vt d.c.dilectus. ſicut ẽt non cognoſcit de eius
ſuſpitione,vel recuſatione, quia lex transfert cognitionem hu
ius dubij ad alium,& ſic ad arbitros.j.eod. cũ ſpeciali.ſecus in
cã principali,cũ ibi non ſit alius. præterea cũ agaẽ de iniquita-
te,ſeu iniuſtitia ipſius iudicis.l.j.ff.eo.iõ ẽ ſuſpectus ſuper hoc
incidenti, ſicut qñ recuſaẽ, ſed ipſe iudex ſicut nõ eſt ſuſpectus
in cã principali, ita nõ eſt ſuſpectus in iſto incidenti in cogno-
ſcendo,an ſua ſit iuriſdõ,vt in c.ſuper lr̃is.ſ.de reſcrip.& in l.ſi
quis ex aliena.ff.de iudi.an aũt iudex poſsit cognoſcere,an ſua
ſit iuriſdõ, qñ de hoc eſt contentio inter eum, & partem.gl.ſin
gu.dixit,ꝙ non,in c.ſtatutũ.circa prin.de reſcrip.in 6.ſed vide
tex.in gl.in c.cũ perſonæ.de priuil.eo.li. & dicta de hoc in c.ad
audientiam.ſ.eod.& hic Panor. In gl.in ver.declarare.ibi,ſed
non credo.gl.procederet qñ cã non foret notoria, ſed dubia:
tunc.n.in dubijs oportet aſſumere partes iudicis, & cognitio-
nem.& hoc inferior iudex non põt facere in præiudiciũ appel-
lationis, ſed vbi eſt notorium archieṗs põt denũciare ſubditũ
irrõnabiliter fuiſſe ligatũ,vt hic in tex. & conſequenter ſnĩam
iniuſtam,& appellationem legitimam,quia in notorijs nõ re-
quiriẽ examinatio,vel cognitio.iõ non præiudicat appellatio-
ni, cũ non præiudicet vt cognitor, ſed extra iudiciũ tanq̃ ſim-
plex denũciator.facit c.venerabilem. ver.ſunt.n.ſ.de ele.& ſic
non ob.ɔ̄rium huius gl.& ſcias, ꝙ tunc dr̃ mandatũ eṗi conti-
nere notoriam iniuſtitiam, qñ non poſſet impleri abſq; pctõ,
vel periculo perſonæ,aut qñ mandaret aliquid,ꝙ notorie non
pertinet ad eius officiũ,vt in regu.ea, quæ fiunt.in 6.& hr̃ in c.
venerabilib.§.antepe.de ſent.excõ.in 6.de quo vide in c.ad au-
res.ſ.de temp.ord. & ibi vide quibus mandatis ſit obediendũ,
& quibus non.¶In gl.pe.in fi.pro declaratione huius gl.quæ-
riẽ.¶Primò quid ſi eṗs,& ipſe appellans conſentiret, ꝙ archie
piſcopus cognoſcat de iniuſtitia, an poterit.dicas ꝙ ſic,qa cen
ſeẽ tunc appellans renunciare appellationi,vt hic in tex.ver.cũ
aũt,quo caſu Papa non cenſeẽ tunc iudex,& tunc non ob.ꝙ hr̃
in c.ſignaſti.ſ. de fo.comp.probaẽ ẽt per locum a ſpãli, in c.q̃-
uis.de ele.in 6.& ibi vide.¶Secũdò quæriẽ,qualiter procedat,
6 ꝙ hic dr̃ de appellante †agente de iniuſtitia excõicationis co-
ram epõ,quia cenſeẽ renunciare appellationi. dicas ſm Inn.ꝙ
cenſeẽ renũciare q̃tum ad eṗm, ɔ̄ quem querelã proponebat,
nõ aũt reſpectu partis, quia renũciando cũ vna perſona, non
operaẽ quo ad aliã.ff.de pac.l.iuriſgentium.§.añ oĩa.& in c.ve
niens.el 2.de teſti.ff.de exce.rei iud.l.quæriẽ.& ita vr̃ velle hic
D.Ant. quia articulus attentatorum eſt ſeparabilis a cã princi
pali appellationis. ſed Hoſt. tenet hic ɔ̄rium rõne connexita-
tis.& hoc idem ſequiẽ Imo.hic per hunc tex.ſimpl̃r dicentẽ, ꝙ
q̃relans de iniuſta ſnĩa corã archiepõ cẽſeẽ renũciare appl̃oni
& eius proſecutioni,vñ intelligiẽ ẽt reſpectu partis, cũ eſſet in
abſentia partis,valeret renunciatio appellationis, cũ conſiſtat
in aĩo,& voluntate appellantis. facit pro hoc gl.l.Pomponius
ſcribit.ff.de nego.geſt. & in l.Fulcinius. §.quid ſit latitare.vbi
Bar.ff.ex quib.cau.in poſſ.ea.& hanc partem ſequiẽ hic Panor.
per hunc tex. quia ſi non videreẽ renunciaſſe quo ad partem,
certe appellans non propoſuiſſet hic ɔ̄ria, quia q̃tum ad eṗm
non foret aliquid ɔ̄rium,& fuiſſet auditus,vt d.c.venerabilib.
& tñ ɔ̄rium dr̃ in tex. & ꝙ inferior non põt cognoſcere de ap-
pellatione interpoſita ad Papam,nec de innouatione pendẽte
appellatione,ſm Panor.vt hic per eum. ¶Tertiò quæriẽ,poſi-
to ꝙ iſtis caſibus renũcieẽ appellationi quo ad partem,quo iu-
re dr̃ archieṗs hic poſſe cognoſcere de ipſa excõicatione. erat
eñ contentio inter ſubditos ſuffraganei, inter quos niſi ex iu-
re appellationis non põt alius archieṗs iudicare. d.c.paſtora-
lis.& ſi diceret, ꝙ hic ſolum peteret pronũciari appellationẽ,
non põt, ex quo excõicatio erat lata ab epõ altera parte agẽte,
vt probaẽ in d.c.venerabilibus.poſt prin.ſed dicas,ꝙ renũcian
do appellationi ad Papã, vr̃ eam referre coram archiepõ, quia
ius defert appellationem ad proximum ſuperiorem,vt in c.di-
lecti.j. eo. ita ꝙ archieṗs dr̃ cognoſcere per viã appellationis,
& nõ querelæ.& ita dẽt interp̃tari,vt ſic res valeat, & archieṗs
cognoſcere poſsit.ar.in ſimili, in c.ex inſinuatione. ſ.eo.cum
alias non poſſet,ſm Panor.vt hic per eum. vel poſſet dici,ꝙ ex
vi prorogatæ iuriſdõnis cognoſceẽ.¶Quartò quæriẽ, licet ar-
8 chieṗs † nõ poſſet cognoſcere de iniuſtitia excõicationis latæ
ab epõ poſt appellationem ad Papam,vt hic dr̃, an poterit co-
ram archiepõ peti abſolutio ad cautelam hoc caſu. dic ꝙ ſic,
dummõ præſteẽ cautio de parendo mãdatis iudicis ad quem.
hoc.n.fieri p̃t abſq; eo, ꝙ cognoſcaẽ de articulo appellationis
per no.in d.c.cũ teneamur.& in c.qua fronte.ſ.eo.ſecus ſi vel-
let cognoſcere de nullitate excõicationis,tunc.n.nõ poſſet cũ
tangat articulum appellationis interpoſitæ ad Papã. & ita hic
D.An.in vna parte ante gl. licet poſtea gl. ſuper ver.eṗs poſsit.
de hoc dubitet, an archieṗs principaliter dicendo excõicatio-
nem nullam poſsit cognoſcere.vr̃ ꝙ nõ pendẽte appellatione,
quia nullitas venit incidenter in cã appellationis, vt in l.quæ-
dam mulier.ff.fam.erc. vñ turbareẽ iuriſdõ iudicis appellatio
nis. ꝙ pro hac parte vr̃ hic tex. ſimpl̃r, & indefinite hic prohi-
b bens,ſm Imo.[b]¶Quintò quęriẽ,ſi eſt appellatum a ſnĩa† excõ
9 municationis, an pendente appellatione poſsit peti abſolutio
a iudice a quo,& ipſe iudex abſoluere poſsit, ita ꝙ nõ renũcieẽ
appl̃oni.de hoc articulo vide dicta in c. q̃oni. ſ.eo. & in c.qua
fronte.ſuper gl.in ver.cautione.circa fi. vbi de hoc plene eſt di
10 ctum.¶Sextò quæriẽ,appellans† litigando, & adeundo iudicẽ
a quo,cenſeẽ renunciare appellationi,vt in c.gratum.ſ.de off.
del.& in c.cũ veniſſent.ſ.de teſti.C.de re iud.l.ad ſolutionẽ.an
hæc regula indiſtincte procedat.dic ꝙ non, ſed recipit ſex not.
& vtiles limitationes.procedit.n.dicta regula.¶Primò,qñ ap-
c pellans [c] faceret actum ſonantem in agere, ſecus ſi in pati nihil
agendo, puta eṗs excõicauit ſubditum ſi acceſſerit ad certum
locũ, vel ſi turbauerit alium in certa poſſeſsione, ſubditus pa-
ruit ſnĩæ,non acceſsit, nec turbauit, tñ ex quo talis actus ſonat
in pati,non intelligiẽ propter hoc renunciaſſe appellationi,li-
cet ſeruauerit excõicationem,pręceptum,& ſnĩam iudicis.ita
ſingul̃r dixit Inn.in c.olim.el 2.ſ.de reſti.ſpo.in fi.p illum tex.
ſecus ſi actus parendi ſonaret in agere,vt in d.l.abſolutionẽ. &
facit c.ex ore.j.de his quę fi.a maio.par.ca.& facit d.c.gratum.
& ita ibi ſequunẽ hoc dictum Doc.& in d.c.olim.¶Secunda li
11 mitatio no.ſit,ꝙ tunc per † actum ɔ̄rium appellationi corã iu-
dice a quo,vel alio loco eius cenſeẽ quis renunciare ſuæ appel
lationi,vt qñ talis actus fuit acceptatus per alteram partem,ſe-
cus foret.ita voluit gl.ſing. in c.cũ veniſſent.ſ.de eo,qui mi.in
poſſ.& ita ſequunẽ ibi Doc.& in d.c.gratum.quia iudex, vel al
tera pars non põt fundare in actu, quem nõ acceptauit, vt in l.
ſuus hæres.C.de repu.hęr.& ibi no.per Bal.de hoc.ſis ergo cau
tus,ſi opponiẽ, ꝙ per actum ɔ̄rium ſit renunciatum appellatio
ni,aduerte an altera pars ɔ̄dixerit illi actui, & nõ acceptauerit:
tunc.n.nunq̃ induciẽ appellationi renunciatio,vt ſ.¶Tertia li
12 mitatio ſit,qñ† iudex a quo,iam primo detuliſſet appellationi,
tunc per aliquem actum ɔ̄rium appellationi geſtum ab appel-
lante ex poſt coram dicto iudice vr̃ appellans renũciare ſuæ ap
pellationi.ita tenet Ro.deciſ.363.quę incip.Ex hoc inſurrexit.
in fi.Dubium tñ facit,quia iudex a quo,denegando Apoſtolos
expreſſe hr̃,ac ſi appellationi detuliſſet,& oĩs proceſſus coram
eo ex poſt eſt nullus,vt in c.ab eo.eo.ti.in 6.& cle.2.eo.ti. & tñ
ex poſt tacite & expreſſe põt renũciare appellationi, vt eſt tex.
13 in d.c.ab eo.¶Quarta limitatio eſt,quia† per actum geſtum ab
appellante coram iudice a quo,tunc vr̃ renunciatum appella-
tioni,qñ eſt ɔ̄rius appellationi, vt hic, & incompatibilis cũ ap
pellatione. ſecus ſi tendit ad excludẽdum iuriſdõnem iudicis
a quo,in cã principali,puta cõpareat appellans coram iudice a
quo:& dicit,ꝙ iudex non dẽt procedere in cã,aut ad executio-
nem ſnĩæ,quia pendet appellatio,vel petit reuocari grauamẽ,
producit teſtes,vel inſtr̃a ad oñdendum de grauamine.his caſi
bus,& ſimilibus tendentibus ad declinandam iuriſdõnem iu-
dicis a quo, non vr̃ appellans renunciare ſuæ appellationi. ita
gl.ſing.in ver.teneris.in c.ſi a iudice.eo.ti.in 6.quam gl.intelli
git ibi Gem.procedere,quãdo appellans cõpareat coram iudi
ce a quo,ad docendum de grauamine per modũ ſimplicis in-
formationis,& non tanq̃ coram iudice,quia ſi tanq̃ coram iu-
dice eſſet ɔ̄rius appellationi,cum veritas grauaminis dẽat pro
bari coram iudice appellationis,& per eũdem fieri reuocatio.
ita tex.hic,& in c.non ſolum.eo.ti.in 6. vnde per talem actũ fa
teẽ iudicem a quo,iudicẽ eſſe,& ſic iuriſdõnem nõ fore ſuſpẽ-
ſam.¶Sed aduerte,quia alia fuit determinatio D.de Ro.d.de-
ciſ.283.quę inci.Itẽ ꝙ licet.dicunt.n.ꝙ nunq̃ per actũ ad decli
nandum iuriſdõnẽ iudicis a quo, vr̃ quis renũciare appl̃oni in
terpoſitæ,

---

ADDITIONES.

a ¶Iudex a quo,non cognoſcit de iuſtitia appellationis.Adde dicta per iſtum in c.2.requiris ſupra eo. in 3.col.

b ¶Adde Ant.de But.in c.veniens.infra de fil.presb. Col.

c ¶Adde Bal.in l.nihil. §.ſi cum filius.ff.de inoff.teſt.& Ro.ſing.50.appellans.& iſta limitatio procederet niſi lis penderet ad ſua ſuper impugnatione,vt declarant Moder.in c.capitulum.ſupra de reſcri. Colum.

terpoſitæ, ſeu interponēdæ. & ita ēt tenent Do. de Rota in d.
deci.467. quæ incipit, itē ſi ille qui a ſnīa. dicentes ꝙ appellās
a diffinitiua ſi poſt appellationem cōparet corā iudice a quo,
& producit eius appľonē vel oſtēdit eius ſnīam iniuſtam. vel
producit teſtes vel inſtr̃a ad hūc finē, vt ab executione ſnīæ ſu
perſedeat, non vr̃ renunciare ſuæ appellationi. ꝙ tamen intel
ligunt ibi in fi. niſi peteret a iudice a quo, ꝙ pronunciaret ſup
executione non fienda, aut ꝙ citaret partē ad dicendū ↄ̃. nam
cū talia non poſſint fieri a iudice niſi ex vi ſuę iuriſdictionis q̃
per appellationē erat ſuſpēſa, apparet ꝙ huiuſmodi actus ſunt
ↄ̃trij ſuſpenſioni & cōſequenter appellationi & ita Rota ibi li
mitat & reſtringit gl. in d.c. ſi a iudice. ſed certè videreẽ ꝙ glo.
ibi ſit indiſtinctè tenenda, quia quomodocunq; agatur per ap
pellationē corā iudice a quo ſit actus tendit ad declinandum
eius iuriſdictionē ad finē ꝙ appellatio procedat & ei pareatur
non cenſeẽ renunciare appellationi: quia nō eſt actus illi con-
trarius, imo potius cōpatibilis ſm gl. in d.c. ſi a iudice. quā in-
diſtinctè ſequunẽ Imo. & Pan. in d.c. gratū. vnde petendo ex-
preſſe reuocari grauamen nō cenſeẽ renūciare appľoni, quia
tendit ad eius cōfirmationē & in reuocando grauamē nō eſt
ſuſpenſa iuriſdictio, vt in d.c. ſi a iudice. & j. eo.c. cū ceſſante.
a. & pro his omnibus eſt tex. in c. cum teneamur. ſ̃. eo.[a] vbi pōt
adiri iudex a quo, vt reuocet grauamen illatū pendēte appel-
latione & corā eo proponi querela cōtra partē & conſequēter
peti partē citari & iudex ipſe ꝓnunciare pōt ꝑ prædicta cenſeẽ
appellans ↄ̃rius aut renunciare appellationi, vt eſt tex. in hoc
ſing. in d.c. cū teneamur. cū iſta tendant in fauorē appľonis &
eius faciliorē expeditionē & nō inducunt cōſenſum iuriſdi-
ctionis in cā principali. ¶ Nō ob. tex. hic, quia ꝓcederet quādo
non poſſet agi de attentatis niſi cognoſcaẽ de articulo appel-
lationis. ſecus in caſibus glo. d.c. ſi a iudice. & d.c. cum tenea-
mur. ſ̃. patet. imo voluit d. An. in c. ꝙ ad conſultationē. ſ̃. tit. ꝓ-
ximo ꝓut refert Imo. ibi. col. 3. in fi. ꝙ appellans ſponte ſuſci-
piendo terminū a iudice a quo, ad docendū de grauamine ad
finem, vt excludat eius iuriſdictionē non cenſetur renunciare
14 appľoni. & hæc bñ no. qa ſæpe occurrūt in practica. ¶† Quin-
ta limitatio ſit, qa litigando corā iudice a quo, cenſeẽ qs renū-
ciare appellationi iā interpoſitæ. & ita loquiẽ tex. ĩ d.c. gratū.
in ver. interpoſita, ex tex. hic & ĩ d.c. cū veniſſent. de teſt. appľo
ni interponēdæ nō cenſeẽ qs renūciare. hoc fuit dictū Inn. hic
& in d.c. quo ad conſultationē. circa prin. rō eſt, quia grauato
danẽ x. dies ad deliberandū an velit appellare. d.c. ꝙ ad conſul
tationem. & in auth. hodie. C. eo. ergo q̃ agit medio tempore
nō p̃iudicant appľoni interponēdę puta iudex grauat partem
per interlocutoriā poſtea aſſignat alij aliū terminū ad produ-
cendum inſtr̃a, vel teſtes poterit grauatus appellare, & licet ex
poſt acceptauerit dilationē tamen cāæ appľonis interponēdæ
renunciaſſe non intelligitur ſm Inn. ¶ Non ob. tex. & glo. in l.
b. ad ſolutionem. C. de re iud. vbi ↄdemnatus[b] acceptans termi-
num ad ſoluēdum vr̃ acquieuiſſe ſnīæ & renūciaſſe ſuæ appel
lationi interponendæ, quia certe talis actus eſt expreſſe appro
batiuus ſnīæ & vr̃ confiteri. l. ſi reus paratus. ff. de procu. nō ſic
in alijs terminis. Inn. vt ſ̃. cuius dictū ſequitur Io. An. & Pe. de
Ancha. in c. fi. de appel. in 6. & idem Hoſt. & Io. An. in c. ſigni-
ficauerunt. ff. de teſti. ¶ Sed pro declaratione huius articuli ex
dictis Doc. in d.c. qd̃ ad conſultationē. conclude plures caſus.
¶ Primo qd̃ acceptando terminum ad deliberandum abſque
dubio nō cenſeẽ renūciare appľoni interponēdæ nec conſen-
tire in iudicē, ita in auth. offeraẽ. C. de li. cōte. facit. l. non vr̃ in
iudicem. ff. de iud. ¶ Aliqñ & ſecūdo aſſignauit terminū & pars
ↄ̃dixit, & abſq; dubio nō vr̃ renunciare appľoni interponēdę,
ita tex. in d.c. qd̃ ad conſultationē. ¶ Aliquando & iij. ſuſcipit
terminū ſimpliciter & nō ↄ̃dicit nec acceptat nec aliquid agit
& abſq; dubio non intelligiẽ renunciare appľoni cū iſte actus
ſonet in pati & non in agere, vt per Inn. in d.c. olim. ¶ Aliquā-
do & quarto acceptat terminū a iudice, tunc ſi terminus tēdit
ad executionē grauaminis iā illati, puta iuſſit iudex partē de-
bere reſpōdere vel ſoluere poſtea aſſignat terminū ad reſpon
dendū vel ſoluendū, ſi pars ſponte terminū ſuſcipit cenſeẽ re-
nunciare appľoni interponendæ, vt d. l. ad ſolutionē. & ita te-
net Pan. in d.c. quod ad conſultationē. col. 7. in princ. & idem
Imo. in d.c. ſignificauerunt. & idem Bal. in d. l. ad ſolutionem.
¶ Aliquando & quinto terminus non tendit ad executionem
grauaminis illati ſed ſup alio, puta iudex grauauit in vno arti-
culo, poſtea aſſignat terminū ĩ alio articulo, & pars acceptat:
tunc vr̃ ꝙ ſola acceptatio non inducat renunciationē appľo-
nis interponēdæ a primo grauamine, quia anteq̃ appellauerit
habuit neceſſe parere iudici. & ita tenet Pan. in d.c. ꝙ ad cōſul
tationē, vt ſ̃. & idē Imo. ibi col. 5. & ita Ho. & Io. And. & Imo.
in d.c. ſignificauerunt. & ita procedit dictum Inn. hic. ¶ Aliqñ
& ſexto pars ipſa ſponte petit terminū licet ſuper alio articu-
lo, tunc vr̃ renunciare appellationi interponendæ ex quo ipſa
pars ſponte petijt & non cogebatur petere facit d. l. ad ſolū-
tionē. & fortius renunciareẽ appellationi iam interpoſitæ, vt
d.c. gratū. & ita cū hoc cōiter videnẽ ſe tenere Doc. ĩ d.c. quo
ad conſultationē. ¶ Aliquando ſeptimo & vltimo pars ſuſci-
pit terminū vel abſq; termino producit teſtes vel inſtrumēta.
Inn. hic tenet ꝙ cenſeẽ renunciare appellationi interpoſitæ,
vt d.c. gratū. non autem appellationi interponēdæ cū cenſeaẽ
parere iuſſui ſui iudicis quē ante appellationē iudicē eſſe con-
ſtat. & ita ſequiẽ Io. An. in d.c. fi. ſecus videretur ſi pars abſque
termino vel iuſſu iudicis teſtes vel inſtr̃a produceret, quia cē-
ſetur renunciaſſe appellationi interponēdæ ex quo ſponte &
vltro id fecit. ita dicit Io. An. in d.c. fi. col. j. in fi. & ſubdit cautū
eſſe ad omne dubiū tollendū ꝙ oīa præcedētia fiant cū ꝓteſta-
tione proteſtando ꝙ non intēdit renūciare appellationi, vt eſt
tex. hic & hoc tenet Hoſ. & Io. An. in d.c. ſignificauerūt. & iſta
ſit ſexta & vltima limitatio ꝙ per actū ↄ̃riū appellationi non
cēſetur quis ab appellatione recedere ſi hoc proteſteẽ de quo
15 in glo. in fi. ibi. ¶† In gl. fi. ibi ſi quis litem conteſtetur. de hoc
vide plenè ꝑ Doc. in c. j. ſ̃. de lite conte. adde tamen. ¶ Primo
ꝙ ſi quis oppoſitis exceptionibus dilatorijs iudex præcepit li-
tē cōteſtari & facta ſit litis cōteſtatio cū proteſtatione & reſer
uatione ſuarū exceptionū, iſto caſu ēt poſt litē conteſtatā pote
rit agi de exceptionibus dilatorijs, vt eſt tex. ſing. iuncta glo. in
c. ex conqueſtione. ſ̃. de reſti. ſpo. & ibi ꝑ Pan. hoc idē notan-
16 tē in 2. col. & hoc ex vi proteſtationis. ¶† Secūdo adde ꝙ licet
alias excōicatus petendo abſolutionē corā iudice a quo, cen-
ſeaẽ renūciare appellationi interpoſitæ, vt d.c. gratū. tenet ēt
Inn. in c. conqueſtioni. & in c. qua fronte. ſ̃. eo. tamē ſi prote-
ſtatur ꝙ nō intendit renūciare appellationi poterit petere &
obtinere abſolutionē a iudice a quo, abſq; renunciatione ap-
pellationis & hoc virtute dictę proteſtationis ſm Inno. in d.c.
17 qua fronte. vbi vide plenè dicta de hoc poſt ꝓtin. ¶† Tertio &
vltimo adde generaliter ꝙ nullo caſu cenſeẽ qs per actum ↄ̃-
rium appellationi renunciare appellationi interpoſitæ vel in-
terponendæ quādo ita proteſtaẽ. tex. eſt hic ſing. & ita ſequunẽ
hic Doc. ita etiam tenet Io. An. in d.c. cū veniſſēt. ſ̃. de eo qui
mit. in poſ. circa fine. & idem in d.c. ſignificauerūt. & in d.c. fi.
in pen. col. in fi. in eo. ti. in 6. & iſta eſt optima practica qua dēt
vti appellans. ſ. præmittere ſemper proteſtationē qd̃ nō intē-
18 dit ꝑ hoc renunciare appellationi. ¶† In ea. glo. in fi. do. An.
Imo. & Pan. hic dicunt per hunc tex. ꝓbari ꝙ ꝓteſtatio ↄ̃ria fa-
cto iuuat ꝓteſtantē ſi ſit qui repellat ꝓteſtantē, vt factum non
agat tanq̃ ↄ̃rius, ſecus ſi factū ꝑficeret nemine repellente. tunc
enim ꝓteſtatio ↄ̃ria facto nō iuuaret. ad hoc ꝙ no. in cle. gr̃æ,
de reſcri. & ibi per gl. & in c. cū M. de cōſti. vnde ſi in caſu iſto
appellans hic nō repelleretẽ & in eā ꝓcederet proteſtatio velut
ↄ̃ria facto nō iuuaret, & intelligereẽ renunciaſſe appellationi
ſm eos. ſed certè hic tex. probat ↄ̃rium ſm intellectum Io. An.
hic veriorē, ſcilicet ꝙ ꝓteſtatio hic nō reijciaẽ niſi iudex repel
lat. vnde ſi nō repelliẽ ꝓteſtatio iuuat proteſtantē licet ſit ↄ̃ria
facto & procedit hic tex. in iudicialibus hoc ſingulariter ꝓbāẽ
ꝙ valet proteſtatio ↄ̃ria facto & iuuat ꝓteſtantē quouſq; reij-
ciaẽ ꝑ iudicē & nō audiaẽ. accedāt pro hac parte no. ꝑ Io. An. ĩ
d.c. n.e. ti. in 6. & in d.c. ſignificauerūt. & dictū ſingulare Inn. ĩ
d.c. Cumana. ſ̃. de ele. qñ qs ꝓteſtaẽ ꝙ litigādo corā iudice nō
intēdit ĩ eū ↄſentire iſta ꝓteſtatio eſſet ↄ̃ria facto, qa litigādo
poſtea declinare nō p̃t. ff. de iu. l. ſed & ſi ſuſceperit. & tñ iuuat
proteſtantem prout ēt tenent oēs Doct. in d.c. cum M. & ideo
Imo. ibi in penult. col. concludit quod in iudicijs proteſtatio
contraria facto iuuat proteſtantē in his quæ dependent ab ani
mo ſolo proteſtantis ſed poſſet ſibi denegari audientia in fu-
turū tanq̃ ↄ̃rio. ſatis tñ eſt quod ſi audiatur valet proteſtatio
vt eſt tex. hic dicens quod in futurum non ſit audiendus. iuuat
ergo proteſtatio quo ad iam geſta. pro quo facit etiā, quia tex.
dicit hic non eſt audiendus. vnde non inducit nullitatē futu-
ram niſi opponatur exceptio & repellatur ſm Inn. & Doct. in
c. quia fruſtra. j. de vſur. & per Bar. in l. abſentem. ff. de pen. &
l. cum lex. ff. de fideiu. & per Bal. in l. non dubium. C. de legi. in
fi. Nō ob. quod dicit gl. in d. cle. gratię. quia ibi fiebat proteſta
tio ſuper eo quod non dependebat a facultate proteſtātis ſm In
no. in c. de multa. de præben. in extraiudicialibus vero prote-
c ſtatio contra naturam actus facta nō valeret[c]. l. cū precario. ff.
de prec.

ADDITIONES.

a ¶ Teneas opinionē Gemi. quæ eſt verior in puncto iuris & ad c. cū teneamur.
reſpondent Moder. in c. gratum geri. ſ̃. de offi. dele. Col.

b ¶ Acceptans terminum ad ſoluēdum videtur acquieuiſſe, & appellationi re-
nunciare videtur qui capit terminum ad ſoluendum vide per d. Lud. de Ro.
in conſi. ſuo. 8. ſed an cenſeatur deſerta ſi apoſtoli non ſunt petiti vide per
eundem in conſilio ſuo. ij.

c ¶ Caue hic quia fortè melius diceret cōtra ſubſtantiam actus, quia pacta cōtra
naturam actus bene valent. l. ſi vt certo. §. interdum. ff. commo. l. j. §. ſi conue-
niat. ff. depoſiti.

de prec.per Bar.in l.non ſolum.§.morte.ff.de no.ope. nun.per
Bal.in l.pacta nouiſsima.C.de pac.& per Ino.in d.c.cum M.in
pe.& antepe.col.& vide in l.qui in aliena.in §.Celſus.ff.de ac-
quir.hær.per gl. & Doc. de faciente actum, per quem induciť
aditio hæreditatis.tamen ſi proteſtať,quod non intendit adire
licet ꝓteſtatio ſit ꝯ̃ria facto, valet & iuuat, ex quo fit ſuper eo,
ꝙ dependet a ſolo aīo proteſtātis.l.ſi auia.C.de iure deli. ſicut
etiam per vnicum actum ꝯtrarium priuilegio quis renunciat
ſuo priuilegio,vt in c.pro illorū.j.de præb. & eſt gl.no. in c.cū
19 acceſsiſſent.de conſti.fallit quando†quis fuit ꝓteſtatus, ꝙ ſuo
priuilegio non intendit renunciare, cum actus voluntarij poſ-
ſint per proteſtationē limitari. l.2.ff.ſi qs cautio. ita tenet Bal.
in reg.acceſſoriū.de re iud. in 6. quādo aūt ꝓteſtatio eſſet ꝯ̃ria
facto ſuper eo,ꝙ dependet ex aīo meo,& alterius:tūc verū eſt,
quia per pactū ꝯ̃riū proteſtationi cēſeť a ꝓteſtatione receſſum.
ita procedit tex.in l. cum in plures.§. locator horrei. ff.locati.

*SVMMARIVM.*

1 *An clericus poſſit capi, & detineri in carcere pro debito ciuili, vel ciuiliter pro delicto.*
2 *Quando ſit,quòd carceratus poſſit citari in carcere, vel ad domum, & ibi an valeat proceſſus, & iudicium contra carceratum.*
3 *An inferior ab epiſcopo poſſit ponere interdictum in eccleſia cathedrali.*
4 *Superior poteſt repetere ſubditum, & poteſt agere pro ſubdito, & an poſſit dominus agere pro iniuria illata ſeruo.*
5 *Non ſolent audiri appellantes,niſi quorum intereſt.*
6 *Interdictum poteſt proferri ſub modo, quo ceſſante ſuſpenditur interdictū.*
7 *Poſtquam iudex a quo,detulit appellationi, non poteſt cauſam reaſſumere, aliàs proceſſus eſt nullus.*
8 *Suſpenſo interdicto ſi interim appelletur ſuſpenditur effectus, & executio interdicti.*
9 *Quando deferatur appellationi illius, qui noluit appellationi alterius deferre.*
10 *Attentata poſt inhibitionem in appellatione extraiudiciali ſunt nulla, ēt ſi non iuſtificetur cauſa appellationis.*
11 *Appellatio deuoluit ad ſuperiorem negotium principale, & omnia acceſſoria, & eius conſecutiua.*
12 *Communicans cum excommunicato poſt appellationem legitimam non eſt excommunicatus.*
13 *Superior mandat excommunicatum denunciari, & publicari, & vitandum. quid ſi conſtat,quòd excommunicatus fuit poſt appellationem legitimam, an ſit obediendum literis ſuperioris.*
14 *An prælatis inferioribus epiſcopo poſſit competere iuriſdictio interdicendi ciuitatem, vel eccleſiam cathedralem.*
15 *Sententia interdicti ſimpliciter lata poteſt ſuſpendi ad tempus.*
16 *Suſpenſo interdicto ſi interim appellatur, ſuſpenditur effectus, & executio interdicti.*
17 *Excommunicatio non poteſt ſuſpendi,neque tolli, niſi per abſolutionem, & niſi a Papa.*
18 *Denunciatio excommunicationis poteſt ex cauſa ſuſpendi.*
19 *Solus Papa poteſt ſuſpendere ſententiam excommunicationis ad tempus.*
20 *Quid addat excommunicatio quantum ad Deum.*
21 *An appellatio ſit neceſſario intimanda quo ad omnes effectus.*
22 *An pro ſententia excommunicationis præſumatur quando eſt appellatum.*
23 *An excommunicatus poſt appellationem ſit vitandus, & ibi quid ſi eſt dubium, an quis ſit excommunicatus ante, vel poſt.*

## CAP. LV.

DIlectis. Per appellationem legitimam deuoluiť
ad iudicem appellationis negotium cū
oībus eius acceſſorijs,& ſnīa excōicationis,vel in-
terdicti poſtea lata nō tenet. h.d. primo narratur fa
ctum. ſecūdo ibi,quia vero,poniť diffinitio.& ex ſecunda par-
te tria facit,primo poni proceſſum Decani factum poſt appel-
lationem epi,ſecundo ibi, præterea,ponit proceſſum epi factū
poſt appellationem Decani.tertio ibi, verum . declarat quod-
1 dam dubium. ¶No.j.ſm Bal.ꝙ †rector hoſpitalis ēt ſi ſit cleri-
cus,qui furtiue ſubtrahit dona hoſpitalis,pōt īcarcerari,& de-
tineri, donec ſatisfecerit, & ēt excōicari . & ſic ſimul pro eodē
delicto excōicať,& detineť in carcere, vt hic in tex. ex quo pa-
tet,ꝙ ēt ſi agať ciuiliter de crimine,pōt clericus capi perſonali
ter & incarcerari,& detineri in vinculis,donec ſatisfecerit.poſ
ſet ēt ex hac cā torqueri.ita tex.in c.j.de depoſi. pro cā vero,&
pro debito ciuili clericus perſonaliter capi , & incarcerari nō
pōt,vt in c.ſi clericus.& ibi Io.An.& alij Doc.de ſent.exc.in 6.
2 ¶No.2.ex tex.ꝙ†licet aliquis ſit in carcere,tamē pōt ꝯ̃ eum ꝓ-
cedi,& excōicari,vt hic dr̃.pro quo ēt l.2.C.ex qui.cau.mai.&
ibi eſt gl.ſing.ꝙ ille,qui eſt in carcere,pōt tamē citari ad domū
eius ſolitę habitationis,& valet proceſſus ꝯ̃ eum,ſm Bald.ibi,
& hic.licet ſibi ſubueniať,& reſtituať ſi ꝯparere non potuit,vt
ibi dr̃ . nō tamē dimittiť reus ex carcere pēdēte appellatione.
tex.eſt hic,ſm Bal. de quo vide dicta in c.ex parte. ſ.eo. Et ad-
uerte,quia Bar.& Ang.in l.j.cum ſe.ff.de in ius voc. intelligūt
prædicta,quādo iudex citās nō habebat notitiam ꝙ citatus eſ-
ſet in carcere,aliàs ſi ſciebat,ex quo citatus erat impeditus,cū
inde diſcedere nō poſſet,citatio foret ipſo iure nulla. arg.l.q̃ſi
tum,cum gl.ff.de re iud.& bene facit c.ſi duobus. ſ.eo. & hoc
poſſet ꝓcedere, quādo cā eſſet talis, in qua nō tenereť ꝯſtitue-
re procuratorem,de quo per gl. & Doc. in c.2. de procu.aliàs
cum carceratus poſsit ꝯſtituere procuratorem,ſatis videreť,ꝙ
citatio arctaret eum.facit l.j.§.vſus, ff.de proc.aliàs carceratus
nō liberať a debito, & pōt ꝯ̃ eum procedi per alia iuris reme-
dia,& eius bona capi,& vēdi poſſunt, per Bar. ī l.ꝯſentaneum.
C.qūo,& quādo iud.col.vlt.& per Bald.in l.qui legati. C.vt in
poſ.leg.& hic. qūo ergo poſſet expediri proceſſus ꝯ̃ carceratū,
ſi citatio de eo fcā foret nulla.procedat ergo dictum Bar.& An
ge.vt ſ.ſed quādo cā eſſet talis,in qua impedimētum nō excu-
ſat,ſi potuit mittere procuratorem,procedant gl. & Bal.in d.l.
2.& hic.cogita tamē,& vide per Doc.in d.l.quæſitum.& dicta
in d.l.ſi duobus.& c.ex parte. & per Bar.in l.j.circa fi. de diuer.
3 & temp.preſcri.¶Tertio no.ꝙ † inferior ab epo pōt habere iu
riſdōnem interdicēdi ēt eccleſiam cathedralem,intellige quā
do talis iuriſdō ꝯpeteret ex priuilegio,aut ex ꝯſuetudine legiti
me preſcripta,ꝙ no.in c.paſtoralis.§.exceſſus.ſ.de off.ord.aľs
ſecus foret, & ſic prelatus inferior ab epo de iure ſpāli habe-
ret ēt iuriſdōnem in criminalibus in clericos diœceſis ēt ex-
cluſo epo,ita ꝙ nō ſit locus preuētiōi.facit d.§.exceſſus.hic.n.
eps preuenerat decanum in captura presbyteri,& tamē deca-
nus illum repetebat tanq̃ ad eum ſolū iuriſdō ꝯpeteret.de quo
tamē articulo,an reſpectu certę partis diœceſis poſsit inferior
quęrere ſibi iuriſdōnem ordinariā excluſo epo, plene per Pa-
nor.in c.cum ꝯtingat.ſ.de fo.ꝯpe. & per Io.An. in c.cum eps.
4 de off.or.in 6.¶Quarto no.ꝙ †iudex eccleſiaſticus pōt repete
re ſubditum a quocunq; iniuſte detinēte , ſicut ēt pōt ſuperior
agere pro eius ſubdito iniuſte moleſtato.ita tex.in c.licet cām.
in fi.ſ.de proba.& ſic aliàs pōt ſuperior repetere eius ſubditū,
vt ſic poſsit munera perſonalia ſubire in loco . ff. ad munic.l.
de iure.de quo articulo hic per Inn. & per gl.or.in c.authorita
te.de priuil.in 6.referētem Inn.hic, & ponentem, an dominus
poſsit agere pro iniuria,vel furto illato ſubditis, & an poſsit ī-
tētare actionem eis ꝯpetētem,& ſubdit hic Inn. ꝙ creditor nō
pōt repetere debitorem ſuum ab alio iniuſte detētum, cū non
habeat ius in perſonam.& vide ēt per gl.no.in l.j. §.per hāc. ff.
de rei ven. ¶Quinto no.ibi,ſe ac ſuos, ꝙ ſuperior pōt agere,&
5 comparere†pro ſe,& ſuis ſubditis,& pro ſtatu totius ciuitatis,
& hoc quia pretēdit intereſſe reſpectu ſubditorum,& ſtatus ci
uitatis, aliàs nō ſolēt audiri appellātes niſi quorum intereſt.l.
nō ſolēt.ff.de app.reci.canonizata.2.q.6.de his. per Inn.& per
6 Spe.eo.ti.§.j.¶Sexto no. ibi,epo in ciuitate manēte,ꝙ interdi
ctum pōt proferri ſub mō,quo ceſſante ſuſpēdať interdictum.
nam pōt interdictum a promulgāte ſuſpēdi. ita tex.hic, & idē
de ſnīa ſuſpēſionis, ſecus in ſnīa excōicationis, quia ſemel ex-
cōicatus durat, & indiget abſolutione ēt deficiēte mō,& ꝯdi-
tione,pro qua lata fuit excōicatio, vt per gl.ord.in verbo, do-
nec.in cle.j.de decim. & vide de his dicta in c.ad hęc qm̃.ſ.eo.
¶Septimo no.ibi,officialis proceſſum, iūcto tex.j.ibi,duxerat
7 deferēdum,ꝙ poſtq̃ †iudex detulit appellationi nō pōt illā re-
uocare, nec pōt cām reaſſumere, & nō valeret proceſſus, aliàs
legitime agitatus per iudicem, qui detulit appellationi,cū eius
iuriſdō ſit deuoluta ad ſuperiorem,vt in c.cum appellationib.
eo.ti.in 7.de quo articulo diceť in c. cum ceſſante.j. eod.ti. &
no.de hoc in c.ꝯſtitutus.el 2.ſ.eo. ¶Octauo no.ibi,cum inte-
8 rim &c.ꝙ†ſnīa interdicti ſuſpēſa ſi appelleť interim pēdēte ſu
ſpēſione impediť effectus, & executio interdicti , ſecus ſi ſnīa
nō ſit primo ſuſpēſa,vt in c.paſtoralis.§.j.ſ.eo.de quo vide per
gl.& dicta in d.c.ad hæc qm̃ . & in c.præterea requiſiſti. ſ.eod.
9 ¶Nono no.ibi per appellationem ad nos interpoſitam,ꝙ †li-
cet aliàs qñ quis nō defert appellationi alterius non ſit ſuæ ap-
pellationi deferēdum,vt in c.an ſit.ſ.eo.tñ vř hoc procedere ī
eodem articulo,vel ꝯnexo,ſecus in diuerſis,quia licet quis nō
deferat appellationi aduerſarij,tñ ſi ipſe poſt modum appellat
in alio articulo ēt in ea cā talis appellatio defendit appellantē
etiam reſpectu aduerſarij, cuius appellatiōi primo nō detulit.
ita dicit hic Panor.eſſe tex.ſing.ꝯ̃ opi.Io.An.& Do.Ant.in d.c.
an ſit. nam decanus nō detulit appellationi epi , & tñ appella-
tio decani poſtea interpoſita in alio articulo eiuſdem cāæ, ne-
dum defendit decanum reſpectu officialis, a quo appellauit,
ſed ēt reſpectu epi , cuius appellationē ipſe decanus primo nō
approbauit,& in tm̃ fuit appellatio decani valida,quia inducit
nullitatem excōicationis latæ per epm . tenebať ergo hic eps
deferre appellationi decani, licet Decanus nō detuliſſet prius
appellationi ipſius epi,de quo tñ an, & qñ hoc procedat . vide
10 plene in d.c.an ſit. ¶Decimo no.ꝙ † vbi appellatio extraiudi-
cialis interponiť ex probabili, & veriſimili cā oīa attētata poſt
appellationem reuocanť,licet aliter nō probeť veritas cāę ap-
pellationis,vt eſt hic tex. no. ſm Panor. nam Papa nō mandat
prius

prius inquiri, an iſte presbyter ſpectaret ad iuriſdõnem decani
vel epĩ, ſed immediate pronũciat interdictum nullum latum
poſt appellationem in ſui prima figura legitimã. ſed certe põt
dici hũc tex. procedere in ſñĩa cẽſuræ. & idem in c. dilectis. ſ.
co. in qua eſt ſpeciale, vt lata poſt appellationem prima facie
legitimam, & ſic tali, ꝙ ſi foret vera, deberet legitima reputari
ipſa ſñĩa cẽſuræ ſit nulla, licet aliter non probeť veritas ipſius
cãæ appellationis. & ita ſit hic tex. no. vt hic per Imo. col. 5. &
ita tenet Lap. per hũc tex. in 2. alleg. circa prin. de quo artic. vi-
de plene dicta in c. bonæ. ſ. eo. in j. & 3. cõclu. ¶ Vndecimo no.
ꝙ attẽtata poſt appellationem legitimam extraiudicialẽ ſunt
nulla nõ ſolũ cũ appellať ab aliquo vt a iudice, ſed ẽt ſi vt a par
te: nam eps appellauit hic a decano tanq̃ a parte ſm Panor. de
quo articulo vide dicta in d. c. bonæ. in 10. cõcluſ. ¶ Duodeci-
mo no. ibi, Apoſtolos, cõcludendo tex. ꝙ per dationem Apo-
ſtolorum cẽſeť iudex deferre appellationi, intellige de apoſto
lis dimiſſorijs, nõ autẽ de refutatorijs, vt in c. j. co. ti. in 6. ¶ De-
cimotertio no. ibi, nõ ſolum principale negotium, ſed acceſſo
11 ria &c. & ita allegať, & tene menti, ꝙ † appellatio nõ ſolum ſu-
ſpẽdit negotium principale, & deuoluit ad ſuperiorem iudicẽ
appellationem, ſed ẽt oĩa acceſſoria, & eius cõſecutiua. nõ er-
go licet aliquid innouare tam in principali negotio, q̃ in eius
acceſſorijs, vel cõſecutiuis, & aliàs caſſanť oĩa attẽtata per iu-
dicem a quo, tam in principali, q̃ ẽt in acceſſorijs. ita tex. hic,
& per Rotam in deciſ. 363. quæ incip. Ex hoc inſurrexit &c. li-
mita tñ & intellige, prout eſt dictum in c. cõſtitutus. ſ. eo. & ibi
12 vide. ¶ Vltimo no. ꝙ cõicãs † excõicato poſt appellationem le-
gitimam nullam excõicationem incurrit, & maxime qñ erat
delatum appellationi. & dictis caſibus lr̃is, ac denũciationi ſu-
13 perioris † denũciãtis, & publicãtis aliquem excõicatum, & cui
tãdum nõ eſt obtemperãdum ſi probabiliter cõſtat, ꝙ ſit excõi
catus poſt appellationem legitimam, vt hic in tex. quia præla-
to denunciãti vitãdum fore excõicatum poſt appellationem
legitimam, nõ eſt per ſubditos obediendum, quia pro ſñĩa ex-
cõicationis nõ præſumiť qñ ab ea eſt appellatum, ſm Inn. in c.
bonæ. el j. ſ. de ele. & hodie vide in c. ſolet. in fi. de ſen. exc. in 6.
inferť ẽt ex hoc tex. ꝙ per lr̃as denũciationis excõicationis nõ
probeť quis excõicatus. & ita tenuit glo. ord. in ver. proprium
nomẽ. in c. pia. de excep. in 6. & eſt dictum in c. paſtoralis. §. j. ſ.
eo. ¶ In gl. j. in prin. tenet glo. ꝙ ſi clericus adminiſtrauit bona
alicuius domini temporalis, ꝙ nõ poſsit ab eo incarcerari, &
aliàs incurreret illam ſñĩam excõicationis, vt hic in gl. ſi tamẽ
clericus aufugeret, aut eſſet ſuſpectus de fuga, poſſet tunc capi
per laicum propria authoritate abſq; pœna excõicationis, dũ
mõ incõtinẽti poſtea præſenteť epõ. arg. l. ait prætor. §. ſi debi-
torem. ff. de his, quæ in frau. cre. ita dixit ſing. Inn. in c. famæ. j.
14 de ſent. exc. ¶ In gl. 2. in fi. no. ex glo. ꝙ † rõne cõſuetudinis põt
competere prælatis inferioribus ab epõ iuriſdõ interdicendi
nõ ſolum eccleſiam cathedralem, verum ẽt totam ciuitatem.
facit c. irrefragabili. §. exceſſus. ſ. de off. ord. & ita Doct. hic ſe-
quunť hãc gl. licet Hoſt. hic ꝯ, & nõ bene, de quo articulo ple-
ne no. in c. cum cõtingat. ſ. de fo. compe. Alij vero intelligunt
hũc tex. ꝙ nõ loquať in interdicto, ſed in generali ceſſatione a
diuinis, de qua habeť in c. ſi canonici. de off. ord. in 6. & ibi Io.
An. tenuit, ꝙ ex quo generalis ceſſatio à diuinis æquiparať in-
terdicto, vt ĩ cle. j. de ſent. exc. celebrans pẽdente ceſſatione a di
uinis ſit irregularis, ſm D. Ant. & Imo. hic ꝯ, quia irregularitas
nõ induciť niſi ſolum in caſibus a iure expreſsis, vt eſt tex. ſing.
in c. is, qui. de ſent. excõ. in 6. ſolum ergo reperiť expreſſum in
celebrante tpe interdicti, ergo non extẽdať ad celebrãtem tpe
generalis ceſſatiõis à diuinis. Nõ ob. d. cle. j. quia illa equipara
tio procedit in illo caſu, vnde in alijs nõ ſit extẽdẽda, vt de pe.
diſt. j. pena. & in regula, odia. in 6. ¶ In gl. 3. in fi. ſed in caſu iſto
nõ conſtabat capturam huius clerici eſſe iniuſtam. imò preſu
mitur iuſta, ex quo eps de iure cõi fundat intẽtionem ſuam in
tota diœceſi. c. cum eps. de off. ord. in 6. c. ſi clericos. de ſent. ex-
com. eo. li. iõ decanus hic tenebatur deferre appellationi, pro
ut voluit gl. j. in ver. modos. ¶ In gl. in ver. legitime, in fi. ſed in
ꝯrium facit c. ad audientiam. ſ. eo. vbi ad reuocationem atten
tatorum requiritur, ꝙ probetur veritas cãe appellationis. di-
cas ꝙ hic eſt ſpeciale in ſñĩa cẽſure lata poſt appellationem,
& dic, vt ſ. in j. no. & 10. Nec ob. ꝙ in d. c. ad audientiam. videa
tur probari ꝙ appellãti incumbat probatio, quia irrõnabiliter
fuit excõicatus, & ſic de veritate excõicationis, qui certe tex.
ibi in hoc non loquitur de ſñĩa excõicationis, ſed de diffiniti-
ua, per quam iudex amouit illum presbyterum ab eccleſia, vt
hic per Imo. col. 5. & dic, prout eſt dictum plene in d. c. bone.
¶ In gl. in ver. ſuſpendẽdum. in fi. nota ex hac gl. quatuor dicta.
15 Primo, ꝙ † ſñĩa interdicti ſimpliciter lata põt ſuſpendi ad tps
ab ipſo interdicẽte. & de hoc vide plene dicta in c. ad hec qm̃.
16 ſ. eo. ¶ Scdo no. ex hac gl. ꝙ ſi † durante ſuſpẽſione appelletur
interim ab interdicto ſuſpẽdatur interdictum virtute appella-
tionis, & poſt tempus ſuſpẽſionis quouſq; pẽdet appellatio. &
ita de hoc eſt tex. no. hic in ver. non obſt. vbi ſunt verba Pape.
& ita ſequunť Doct. facit c. preterea requiſiſti. ſ. eod. & ita Io.
17 An. in c. ad hec. ¶ Tertio no ex hac glo. ꝙ † ſñĩa excõicationis
poſtq̃ lata eſt, non põt ex poſt ſuſpendi ab ipſo excõicante, vel
alio quocũq; inferiore a Papa. non. n. põt tolli excõicatio, niſi
per abſolutionem, ſm gl. hic, de quo ẽt j. vide d. c. ad hec. ¶ Sub
18 dit tamẽ hic Inn. ꝙ † denũciatio poſſet ex iuſta cã ſuſpẽdi, & du
rante hac ſuſpẽſione ſi interim appellať, ſuſpẽdereť ẽt vltra tẽ-
pus ſuſpẽſionis. arg. tex. hic. & ita tranſit hic Imo. de quo vide
19 in c. paſtoralis. §. verũ. ſ. eo. ¶ Quarto no. ex gl. ꝙ † ſolus Papa
poſsit ſuſpendere ſñĩam excõicationis ad tempus. & intelligit
hic Panor. quo ad eccleſiam, quia q̃tum ad Deum non poſſet
ſuſpendi, prout in ſimili voluit gl. notab. in c. non eſt. j. de vo-
20 to. ſicut ẽꝯ dicit gl. ſing. in can. ꝙ dictum. 24. q. j. ꝙ † excõicatio
quo ad Deum, & eccleſiam triumphantem nihil addit. nam &
ſi quis delinquit, ſtatim quo ad Deum eſt excõicatus: vñ excõ
municatio nihil addit, ſi non delinquit, non põt ſeparari a gr̃a
Dei per ſñĩam iudicis. c. j. de re iud. in 6. licet quo ad eccleſiam
ſic, vt in c. a nobis. el 2. j. de ſen. exc. in c. ita quorũdã. j. de Iude.
quia quo ad eccleſiam ẽt iniuſta ligat. 11. q. 3. c. j. ¶ In gl. in ver.
quo ad exequendam. in fi. ſecus in appellatione ab interlocu-
toria, niſi præceſſerit inhibitio, vt in c. non ſolum. eo. ti. in 6. &
nota ſing. ex hac gl. ſm Imo. ꝙ appellatio extraiudicialis iudi-
cať tanq̃ appellatio a diffinitiua quo ad reuocationem atten-
tatorum. de quo vide in d. c. bonæ. In gl. in ver. perturbare. in fi.
ſm leges turbare diuinum officiũ, eſt pœna capitalis. l. ſi quis
in hoc. & auth. ibi poſita. C. de epiſ. & cler. hic vero non conſta
bat, an iſte decanus potuiſſet, vel nõ, ponere hoc interdictum.
vñ quia appellauit ad Papam, non potuit poſt appellationem
excõicari ab epõ, vt hic in tex. & in d. c. cum appellationibus.
21 ¶ In gl. in ver. principale. in prin. aduerte, quia † licet appella-
tio faciat appellãtem exemptum a iuriſdõne iudicis a quo. ita
tex. notab. in c. directe. ſ. eo. & licet appellatio deuoluat nego-
tium principale cum omnibus acceſſorijs ad iudicem ad quẽ.
& ita tex. hic notãdus. tñ videreť p̃dicta procedere, qñ appella
tio fuit legitime intimata parti, & iudici, non ante intimatio-
nem: cum ante nec iudex, nec pars poſsint de aliqua temerita-
te redargui, & ſic quo ad effectum reuocandi attentata videre
tur, ꝙ ſit neceſſarium appellationem primo fuiſſe intimatam.
& ita tenet Rota deci. 308. quæ incip. Item quod attentata. ſed
aduerte. quia Inno. hic, circa fi. in ver. innouerat. tenet ꝯrium.
idem vr̃ voluiſſe Fed. de Se. ſuo conſi. 254. ꝙ incip. primo quæ-
riť, ꝙ nunq̃ ſit neceſſaria intimatio, niſi qñ appellans vellet pro
ſequi. ſolum eſt ſpeciale in cauſis beneficialibus, ꝓut hr̃ in cle.
cãm. de elect. & iõ vide de hoc articulo dicta in d. c. bonæ. in 9.
concluſ. ¶ In gl. in ver. poſt appellationem. ibi, appellatio mi-
22 nus legitima, hoc non eſt verum, quia † valida fuiſſet hic excõi-
catio lata per epm̃, ſi appellatio fuiſſet minus legitima, vt in c.
licet. de ſent. exc. in 6. & in c. per tuas. j. de ſent. exc. dicit tñ D.
Ant. ꝙ licet non fuiſſet legitima, tñ non potuit aliquid innoua
ri, ex quo detulit appellationi, vt ſ. ſed certe talis delatio non
ligaſſet manus epĩ, qñ ipſe non detulit. & iõ melior eſt ſolutio
gl. hic, ꝙ appellatio fuit legitima, quia ſm iſta tempora quæli-
bet appellatio erat legitima, ſi nõ erat manifeſte friuola, vt no.
in c. paſtoralis. ſ. eo. & j. eo. c. vt debitus. ſm Panor. & Imo. ¶ In
23 gl. fi. in fi. dicas, ꝙ † excõicatus poſt appellationem legitimam
non eſt vitandus in extraiudicialibus, ſed eſt hodie expreſſum
in c. ſolet. in fi. de ſent. exc. in 6. iõ canonici potuerunt extra
iudicium cõicare huic decano, qñ autẽ eſſet dubiũ, an quis ſit
excõicatus ante, vel poſt appellationem, tunc procederet di-
ctum gl. ꝙ in dubio eſſet vitandus, arg. c. illud. hic allegati, ſed
vide plenius in c. cũ tu. ſ. de teſti. & no. ex hac gl. iuncto tex. ꝙ
quando eſt appellatum, non præſumiť pro ſñĩa excõicationis.
& ita Inn. in c. bonæ. el j. ſ. de cle. ſecus ſi non eſt appellatũ. nã
tunc ſemper præſumitur pro ſñĩa, vt l. Herennius. §. Caia. ff. de
euict. c. in præſentia. ſ. de renun. gl. no. in l. j. C. ſi aduerſus cre-
dit. præſumitur. n. pro ſñĩa ẽt ſi ſit ſñĩa excommunicationis, vt
per gl. in c. ad reprimendã. ſ. de off. ord. vbi vide plene de his.

SVMMARIVM.

1 *Amotio ſigilli tabellionis importat priuationem officij.*
2 *Quando ſit, ꝙ facta haberi poſſint pro infectis.*
3 *Quando ſuperior aduocat cauſam ad ſe, vide ibi.*
4 *In dubio non cenſetur ſuperior cauſam ad ſe aduocare, niſi ſit expreſſum.*
5 *An pendente appellatione poteſt impediri, quòd quis non vtatur ſua poſ-ſeſsione.*
6 *Si Papa cauſam pendentem coram ordinario aduocat ad ſe, an videatur remota iuriſdictio antequam ſit iudex certificatus de hoc per præſentationem literarum ex vel aliter. vide ibi plene in omnibus caſibus.*
7 *Si Papa non aduocat cauſam ad ſe, ſed incipit cognoſcere de cauſa pendente coram ordinario, an valeat proceſſus factus coram inferiore.*
8 *Papa an poſſit cauſam pendentem coram inferiore aduocare ad ſe.*

9 *Et quid*

9 *Et quid in legato de latere.*
10 *Sed quid in epiſcopo, vel archiepiſcopo.*
11 *Quando Princeps aduocat cauſam ad ſe, an valeat proceſſus inferioris ante notitiam reuocationis, & quid ſi procedatur de tacito, vel expreſſo conſenſu partium.*
12 *Si Papa delegauit cauſam ſub nomine proprio, poſtea delegatus eſt mortuus, vtrum ordinarius poſſit de cętero amplius de illa cauſa cognoſcere.*

## CAP. LVI.

VT noſtrum. Poſtquam Papa cauſam ad ſe aduocauit, agitatus proceſſus ꝑ
inferiorem eſt ipſo iure nullus, ſicut etiam non va-
leret, quãdo ab eo foret primo appellatum. h. d. ſin-
gulariter. & primo ponit dictum. ſecũdo eius rationẽ ibi, cum
1 plus. ¶No. primo ar. ꝙ† ſi tabellioni auferatur vſus ſigilli, quo
vtitur in inſtrumentis, non poſſet de cętero vti officio tabellio
natus, ſecundum Bal. poteſt. n. auferri vſus ſigilli, & ſigni per ſu
periorem, vt eſt tex. hic, de quo ſigillo vide dicta in c. ſignifica-
2 uit. ſ. eo. ¶Secundo no. ꝙ† licet quæ facta ſunt, non poſsint tol
li, ꝙ non ſint facta, quia hoc ſolo priuatur Deus. l. in bello. §. fa
ctę. ff. de captiuis. l. denique. ff. ex quib. cauſ. mai. tamen quo ad
effectum iuris poteſt induci, ꝙ facta habeantur pro infectis. fa
cit l. non dubium. C. de legib. cle. j. in ver. ipſo iure. de hæret. &
hic in tex. vbi licet traditio ſigilli quatenus facta fuit, & in fa-
cto conſiſtit, non poſsit reuocari. tamen reuocatur quo ad iu-
ris effectum, vt ſic ius, & poteſtas ſigillandi non competat ex ip
ſa traditione, & literę ſigillatæ tali ſigillo non habeant vigorẽ.
& ad idem facit gl. ſing. in ver. pro infectis. in cle. j. de immu. ec
cleſ. nam poteſt fieri reuocatio actus geſti, vt ſic ex tunc habea-
tur pro infecto etiã quo ad effectus retro cauſatos intantum ꝙ
excommunicatus etiam abſolutione non egeat, vt ibi per glo.
3 ¶Tertio no. ſingulariter hunc tex. quia† alibi non reperitur in
practica Romanæ curiæ, quando Papa cauſam pendentem co
ram inferiore aduocat ad ſe, ꝙ tãta eſt virtus huius aduocatio
nis, ſeu expreſſę reuocationis, ꝙ ſtatim ſunt ligatę manus illius
iudicis in illa cauſa. & ita hic eſt expreſſum, quod tene mẽti. &
idem foret in quocunq; alio Principe, & Domino, dummodo
habeat poteſtatem tale negotium reuocandi ad ſe. ff. de iudic.
l. iudicium ſoluitur. ſ. de offi. deleg. c. ſuper quæſtionum. ſm
Imo. & Panor. inferentes ex his, ꝙ ſi epiſcopus aduocat ad ſe
cauſam, vel aliud negotium agitatum coram eius vicario, non
valet poſtea quicquid fieret per vicarium in illa cauſa: poteſt
enim epiſcopus inhibere ſuo vicario, ne ĩ certa cauſa, aut alio
negotio ſe intromittat, prout voluit Inn. in c. Romana. eo. ti.
in 6. nam cum epiſcopus poſsit ex toto reuocare vicarium ad
a libitum [a], vt no. in cle. 2. de reſcrip. imo non ſolum epiſcopus,
ſed quilibet alius poteſt ad libitum reuocare eius vicariũ. ita
tenet Bal. in l. non ſolet. §. ſicut. ff. de off. proconſ. per illum tex.
idem Gemi. in c. j. de off. vicar. in 6. fortius ergo poterit interdi
ci vicario certum negotium. c. paſtoralis. §. item cum totum. ſ.
de off. deleg. ff. de rei vend. l. quæ de tota. ſecundum Pano. acta
tamen prius geſta ante reuocationem firma remanent, ſecun-
dum Inn. in c. intimaſti. j. eo. & Bal. in d. §. ſicut. ¶Vltimo no.
4 ꝙ magis operatur† aduocare cauſam ad ſe ſuſpendendo iuriſ-
dictionem iudicis inferioris, quàm operetur ipſa appellatio.
ratio eſt, quia appellatio conſiſtit in iure. vnde niſi ſit legitima
non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis. c. non ſolum. & c. cum
appellationibus. eo. tit. in 6. ſed reuocatio conſiſtit in facto, ſi-
ue ſit iuſta, ſiue iniuſta, ex quo tamen fit per ſuperiorem, expi-
rat funditus iuriſdictio inferioris, vt hic dicitur. facit d. l. iudi-
cium ſoluitur. ſcias tamen, ꝙ Papa nunquam cenſetur nego-
tium, & cauſam ad ſe aduocare, niſi hoc expreſſe exprimat. nõ
ergo ſi Papa citat partes coram ſe, cenſetur negotium ad ſe re-
uocare. imò potius intelligi debet hoc mandatum, ſecundum
naturam cauſæ, & ſic non ſecundum plenitudinem poteſtatis.
Vnde ſi citat in cauſa appellationis, intelligitur ſecundum na-
turam illius cauſæ, ergo poterit appellatus vti iure proprio, qđ
non poſſet, ſi ſuperior aduocaret ad ſe illud negotium. oportet
ergo, ꝙ cõſtet, ꝙ ſuperior cauſam ad ſe aduocet, ſecundum In
no. & Bal. hic &c. ¶In gl. in ver. reuocauimus. in fi. no. glo. ſed
tunc obſtat c. conſtitutus. el 2. ſ. eo. vbi non impeditur tradi-
tio ſigilli velut conſecutiua ad actum geſtum ante appellatio-
nem interpoſitam ad Papam. ad idem c. paſtoralis. ſ. eo. vbi pẽ
dente appellatione non impeditur denunciatio, & publicatio
excommunicationis velut conſecutiua ad excommunicatio-
nem præcedentem. ita ergo non debuit impediri traditio hu-
ius ſigilli velut conſecutiua ad collationẽ dignitatis præceden
tem primo, quam Papa aduocauerit negotiũ ad ſe, vt patet in
c. j. j. vt eccleſ. benef. & ibi per gl. vbi declaratur hæc decre. qua
re Doctores ponunt hic tres intellectus ad hunc tex. & primò,
ꝙ hic traditio ſigilli habebat aliquid iuris, quia transferebatur
poteſtas exercendi officium: ideo prohibetur, ſed in d. c. cõſti-
tutus. illud conſecutiuum erat potius facti. ideo ibi non prohi
betur. & ſimiliter nõ prohibetur in d. c. paſtoralis. ſed iſte intel
lectus non placet hic Panor. per gl. ordi. in verbo, cathedralis.
in c. ſi eo tempore. de elect. in 6. volentem ꝙ ſi Papa reſeruat
ſuæ prouiſioni aliquod beneficium, non vr̃ impedire cõſecuti
ua ad iam, & primo geſta ante reſeruationem. vnde ſi Papa re-
ſeruat ſibi prouiſionem alicuius abbatiæ, & primo iam erat
vnus electus, & confirmatus in abbatem, poterit tamen bene-
dici ab ordinario, cum non videatur Papa in dubio velle im-
pedire actum conſecutiuum ad iam geſta, niſi ex coniecturis
aliud conſtaret, vt in gl. quare dicit Panor. poſſe dici, ꝙ hic cõ-
ſtabat ex coniecturis intentione Papæ, ꝙ voluerit omnia ad ſe
aduocare propter præſumptionem ortã, quia hic collatio fuit
facta clandeſtinè, & propter reſponſiones varias prælati confe
rentis, prout colligitur ex gl. in d. c. j. aliàs non fuiſſet reuocata
hic traditio ſigilli, & prohibita: ſed certe tex. hic non fundat ſe
in præſumptionibus, ſed ſolum in virtute expreſſæ reuocatio-
nis. ¶Secundus intellectus eſt Inn. & gl. hic, ꝙ ſit ſpeciale in ex
preſſa reuocatione: ex quo enim ſuperior ex certa ſcientia ad-
uocat ad ſe certum negotium, non valet poſtea quicquid fie-
ret etiam in conſecutiuis ad actum in pręterito. & iſte eſt verus
intellectus huius tex. facientis differentiam inter expreſſam re
uocationem, & appellationem. non ergo obſtat d. c. conſtitu-
tus. & d. c. paſtoralis. quia loquuntur in appellatione. hic vero
in expreſſa reuocatione, cũ plus ſit negotium per ſuperiorem
aduocari, quàm eſſe ad eum appellatum, vt hic in tex. non ob.
gl. in d. c. ſi eo tempore. quia loquitur in reſeruatione, ſed hic
plus concurrit, quia Papa reuocat expreſſe negotium ad ſe. &
ſic quicquid tangit illud negotium, vt in ſimili per Bar. in l. ſo-
lent. ff. de alimentis lega. vnde videtur adimere ab ordina-
rio omnem iuriſdictionem, vt dicit gl. hic etiam in conſecuti-
uis, vel acceſſorijs. & ita tex. hic notans hanc ſpecialitatem in
expreſſa reuocatione, & conſequenter plus importat, quàm
ſimplex reſeruatio, vt j. patebit &c. ¶Tertius intellectus datur
ꝙ in d. c. conſtitutus. conſtabat de electione, & confirmatio-
ne. & in d. c. paſtoralis. conſtabat de excommunicatione. ideo
per appellationem ſubſequentem non impeditur actus conſe-
cutiuus ad pręcedentia iam geſta. ſed hic non conſtabat de col
latione prius facta, licet allegaretur per diuerſam partem, pro-
ut colligitur in d. c. j. ideo hic impediuntur conſecutiua, quia
non conſtabant præcedentia. & hic intellectus placet Panor.
ſed certe hic intellectus non fundat ſe in hoc, ſed in virtute ex
preſſæ reuocationis, ideo tenendum intellectum Innoc. hic
5 no. & ſingularẽ, vt ſ. ¶†In ea. gl. in fi. aduerte, quia videbatur,
ꝙ non debebat impediri archiepiſcopus hic, ꝙ non poſsit lite
pendente vti ſua poſſeſsione in tradendo ſigillum, vt in c. j. vt
lite pend. ſoluit Inn. ꝙ hoc operatur expreſſa reuocatio nego-
cij ad ſe facta per Papam, apud quem eſt plenitudo poteſtatis.
ſ. de vſu pal. c. ad honorẽ. iõ impedit̃ interim aliq̃d attẽtari. fa-
cit qđ hr̃ j. de p̃b. c. inter cætera, & hoc ẽt eſt de mẽte gl. hinc ẽ,
ꝙ ẽt ſimplex iudex poſſet ex cã ꝓhibere, ne q̃s vtat̃ lite pẽd. poſ
ſeſsione ſua, ꝓut tradit notab. Inn. in c. in pręſentia. in prin. ſ. đ
ꝓba. l. ęq̃ſsimũ. ff. de vſufr. fortius ergo ſi Princeps aduocat ad
ſeip̃m negotiũ, quo caſu vr̃ in totũ ligare manus inferioris, &
inhibere, ꝙ interim nõ vtat̃, nec faciat q̃d in p̃iudiciũ negotij,
ꝙ Papa ad ſe aduocauit. & ita limita d. c. j. ſ. vt li. pẽd. & gl. in c.
nõ ſolũ. de app. in 6. in gl. magna, vt ꝓcedãt pẽdẽte lite, vel ap-
pellatione, quo caſu nõ impedit̃ q̃s vti ſua poſſeſsione. ſecus ſi
Papa aduocauit illud negotiũ ad ſe, vt hic eſt tex. no. q̃n ꝑ vſũ
poſſeſsionis in p̃iudiciũ ad negotiũ ad Papã reuocatũ. ¶Extra
6 gl. q̃rit̃ primo, Papa† cãm pẽdẽtẽ corã inferiore aduocat ad ſe.
an videat̃ adẽpta iuriſdictio anteq̃ inferior ſit certificatus de
hoc. vr̃, ꝙ nõ, quia iuriſdictio nõ ꝯfertur, nec aufert̃ añ p̃ntatio
nẽ lr̃arũ, vel ſaltẽ añ habitã notitiã, vt eſt tex. de hoc no. in c. au
dita. ſ. de reſti. ſpol. & no. Bal. in l. j. C. vt lite pend. facit c. ſuper
eo. el 2. & c. ſi duobus. ſ. eo. quare cõſidera aliquos caſus. ¶Nã
aliq̃n fit reuocatio proprio motu. & eſt clauſula decreti decer
nens irritũ &c. & tũc abſq; dubio aufert̃ iuriſdõ ab ignorante,
b quia decretũ Papæ afficit ignorantes [b], vt in d. c. ſi eo tp̃e. & c.
pe. de p̃b. in 6. ¶Aliq̃n & ſcđo fit directa reuocatio motu pro-
prio. tñ abſq; decreto. & iſto caſu Inn. in c. cũ contingat. de re-
ſcrip. tenet, ꝙ aufert̃ iuriſdõ ante ẽt notitiã lr̃arũ, & nõ valeret
proceſſus per hunc tex. & ita vr̃ tenendũ, licet idem Inn. in c. j.
de cõce. pręb. in 6. variauerit. nam ſicut per mortem delegãtis
reuocat̃ iuriſdõ delegati, ẽt ignorantis mortẽ, vt per gl. & Doc.
in c. cũ veniſſent. de teſti. & in l. eius, q in ꝓuincia. ff. ſi cer. pe. ꝑ
Bar. in l. more. & in l. & quia. ff. de iuriſd. om. iud. fortius per re
uocationem

ADDITIONES.

a ¶Epiſcopus poteſt inhibere vicario ſuo, ne procedat in cauſa. Adde not. in c dilecti. infra eo. col. 6.

b ¶Cla. decreti afficit ignorantes. Adde Fel. in c. cum dilecta. de reſcript. in 10. ampliatione, ad regulam ibi traditam.

uocationem expreſſam motu proprio reuocet̃ iuriſdictio ante
habita ̃n notitiam reuocationis,vt hic in tex. & facit d.l.iudi-
cium ſoluit̃.& ita in hoc ſequit̃ Imo.in c.cæterum. ſ̃.de reſcr.
co.8.¶Aliq̃n & tertio ſit directa reuocatio ad impetrationem
partis, tñ eſt clauſula decreti, & ſic cõcurrunt duo vincula.ſ.di
recta reuocatio,& decretum.& iſto caſu videret̃, ꝙ auferat̃ iu-
riſdictio ab ignorãte virtute expreſſæ reuocationis: & quia de-
cretum ligat ignorantes,vt ſ̃.& ita voluit Io.An.in d.c.audita.
dummõ pars vtat̃ poſtea lr̃is.¶Aliq̃n & quarto eſt ſola directa
reuocatio ad partis petitionẽ.tunc voluit D.An.ad intelligen
tiã huius tex.in c.cæterum.ſ̃.de reſcr.ꝙ ſit neceſſe,ꝙ fiat notifi
catio per partem , ꝙ velit vti ipſa reuocatione. aliàs.n.ex quo
reuocatio eſt fc̃a ad partis petitionem, & in eius fauorẽ cẽſet̃
Papa reuocaſſe conditionaliter, dummõ impetrans velit vti li
teris.vñ ante notificationẽ, & vſum non aufert̃ iuriſdictio, vt
dixit no.Inn.in d.c.cum contingat.& facit quod idem no.in c.
ex conqueſtione.de reſti.ſpol. quia impetrans non vtit̃ reſcrip
to ſi nolit.pro quo tex.in c.ſi autẽ.& c. plerunq;. de reſcrip. &
hanc eandẽ concluſionem ſequit̃ Inn.in d.c.j.de preb.lib.6.nã
cenſet̃ eſſe de mente Papæ afficere ignorantes , vt in d. c.audi-
ta.tenebit ergo proceſſus agitatus poſt expreſſam reuocatio-
nem ad partis petitionẽ factam ſi inferiori non fuit notificata
ipſa reuocatio.& iſto caſu poſſet ſing. limitari tex. hic. & ita ẽt
in hoc ſequit̃ Imo.in d.c.cæterum.poſt D.Ant. hoc tñ vr̃ intel
ligendũ,qñ non conſtat,ꝙ impetrans velit vti.aliàs ſi præſenta
uis lr̃as,in quibus Papa aduocando alteri cõmiſit, dato ꝙ pri-
mus iudex tulerit ſn̄iam antequam ad eum notitia peruenerit
ꝙ ſit ab eo cã aduocata.tñ non videntur valere geſta poſt aduo
cationem, & præſentationem lr̃arum, ex quo eſt directa reuo-
catio.facit c.vt debitus.j̃.eo.facit ẽt bonus tex.ſ̃. vt li.pend.ec
cleſia.el j.in prin.vbi geſta poſtquam Princeps cãm ad ſe aduo
cauit, ſunt nulla. ¶Aliquãdo & quinto proceſſus ſit poſt habi
tam notitiam ipſius reuocationis. tunc ſi pars de hoc non op-
ponit,& procedit in cã,valeret proceſſus factus poſt expreſſam
reuocationem,ſ̃m Inn.& Compoſt.in d.c.cæterum.ex quo in
fauorem partis fit reuocatio,vnde ſibi imputet̃, ſi nõ opponit.
& iſta ſecunda limitatio no.ad hunc tex.¶Aliquando & ſexto
pars opponit,& probat, tunc non valeret poſtea proceſſus, vt
hic, & d.c. ſi duobus. limita niſi hoc obſtante pronunciaret ſe
competentem,& pars non appellaret,vt dixit no.Inn.in c.2.ſ̃.
de dila.& in c.j.de off.del.in 6.& in c.ſuper lr̃is.de reſcrip. no-
ta bene prædicta ad intellectum,ſeu intelligẽtiam neceſſariam
huius tex.quia Doc.nihil dicunt de his.& vide plenius ꝑ Imo.
in d.c.cæterum.in 8.& 9.col.& per Gemi.& Pe.de Anch.j̃.c.j.
§.ex parte.de conceſſ.præb.in 6. ¶Aliquando Papa non aduo-
cat cauſam ad ſe directe, ſed indirecte, & in conſequẽtiam,pu
ta cauſam pendentem coram vno iudice committit alteri per
ſecundas literas.tunc regulariter valeret proceſſus virtute pri
mi reſcripti ante notitiam ſecundi, vt in d.c.audita. & plenius
per Doc.in c.cæterum.¶Secundo querit̃,pone ꝙ Papa non ad
7 uocat † cauſam ad ſe , ſed tamen incipit cognoſcere de cauſa
pendente coram inferiori inter ipſas partes, an valebit expoſt
proceſſus agitatus corã inferiore in illa cã.Inn. ſing.in c.cũ M.
de conſti. in vlt. gl. tenet ꝙ non, quia ſatis cenſetur Papa cãm
a ad ſe reuocare [a],ſi cępit de illa cauſa cognoſcere, & ideo infe-
rior non poteſt ammodo ſe intromittere. ſ̃.de offi. del.licet.j.
q.6.c. quamuis . intelligit Inn. hoc verum quo ad ipſas partes
litigantes : ſecus quo ad tertium . vnde valeret iudicium inter
vnum ex litigantibus, & alium tertium coram inferiore ſuper
ea re: licet Papa inter ipſas partes de illa cauſa cognoſcere in-
cœperit, quia non extendit̃ talis inhibitio quo ad tertium . ita
tex.no.in c.Romana.§.in alium.eo.ti.in 6.& ita debet limita-
ri,& intelligi d.c.licet, & d.c.quãuis.ſ̃m Inn.in d.c.cum M. di-
centem ſecus eſſe,ſi Papa expreſſe cauſam ad ſe reuocaſſet:tũc
enim tam quo ad partes,quàm quo ad tertiũ, & ſic quo ad om
nes intelligitur facta reuocatio, quod no.ſing.ad huius tex.in-
telligentiam,& ampliationem.& ita ſequũtur D.Ant. & Imo.
in d.c.cum M.in 8.char.¶Tertio quæritur,an Papa poſsit cãm
8 pendentem†coram inferiore aduocare ad ſe.eſt tex.no.hic,ꝙ
9 ſic. ſed quid in legato † de latere.dic ꝙ cauſa pendente coram
eius delegato poſſet. d.l. iudicium ſoluit̃.ſed pendente coram
alio ordinario non poteſt.ratio quia legatus concurrit in iuriſ
dictione cum quolibet ordinario ſuę prouincię qualiſcunq;
ſit,ſiue Patriarcha, Archiepiſcopus,epiſcopus,vel inferior or-
dinario.& ita dicit Spe.ti.de leg.§.nunc oſtendendum.ver.pręmiſſa.& ver.legatis.vnde eſt locus pręoccupationi inter eos.c.
ſi a ſede.de pręb.lib.6.& per gl.j̃.eo.c.vt debitus. ſi ergo cauſa
eſt cœpta coram ordinario,& pręoccupata iuriſdictio,non po
teſt legatus de latere cauſam illam ad ſe vocare,& compellere
partes ad litigandum coram ſe.ita tex. 11.q.j.peruenit.& ita te
net Panor. in c.j. ſupra.de off. leg.col. 2. ita etiam tenet Gem.
in c. j. de foro compet. in 6. quod eſt menti tenendum ad de-
10 clarationem huius tex.¶Vltimo,an† archiepiſcopus,vel epiſ-
copus poſsit cauſam pendentem coram inferiore ſibi ſubdito
ad ſe aduocare . dic ꝙ non , ex quo eſt locus pręuentioni inter
eos,quia concurrunt in iuriſdictione, vt in c.cum ab eccleſia-
rum.& in c.paſtoralis.in prin.cum ibi no.de off.ord.vnde ſi cã
primo eſt cœpta coram abbate, vel archidi. ſubdito epiſcopo,
nõ poteſt epiſcopus illam cauſam ad ſe aduocare,vel ſe intro-
mittere,cum ſit pręoccupata iuriſdictio.de fo.compet.c.pe.&
ita voluit Arch.11.q.j.de perſona.idem etiam tenet Imo.in d.
c.paſtoralis.col.2. in fi. vbi tamen hoc limitat, niſi iuriſdictio
eſſet eadem,puta epiſcopi , & vicarij . tunc.n.poſſet epiſcopus
cauſam cœptam coram vicario ad ſe aduocare , & prohibere,
ꝙ vicarius non intromittat ſe in illa.arg.d.l.iudicium ſoluitur.
& dic vt ſ̃.in 3.no.vbi de hoc.& tene menti pręedicta neceſſaria
ad intelligentiam huius ſing. decre. quia vltra Doc.hic,adde
ea quę ſunt dicta ſ̃.in j.q.in 4.& 5.caſu,quãdo Princeps aduo-
11 cat cauſam ad ſe,†an valeat proceſſus inferioris ante notitiam
reuocationis , vel poſt, ſi procedat de conſenſu partium taci-
to,vel expreſſo.nam pro dictis ibi facit,qđ no.Bar.in l.ad Prin-
cipẽ.ff.eo.ti.ꝙ licet cã ſit delata ad ſuperiorẽ per relationẽ,va-
lebit tamẽ ꝓceſſus de conſenſu partium factus pendẽte relatio
ne.ſed in contrarium fac.d.c.licet.de offi. del.& ibi ꝑ Imo.ad-
ducẽtẽ no.tex.in c.bonę.ver.nec nocebat.ſ̃.de poſt. pręla.vbi
quando electio , vel poſtulatio eſt p̃ſentata ſuperiori non poſ-
ſunt partes variare,& abſq; ſuperiore procedere, vnde electio
ne pręſentata ſuperiori non valeret ꝓceſſus etiam de conſen-
ſu partium coram inferiore, ſ̃m Imo.in d.c.licet. per tex.in d.
c.bonę.ex quibus videret̃, ꝙ ſi Papa aduocauit cãm ad ſe cum
ſit plus,quàm relationẽ eſſe ad eum pręſentatam,vt hic in tex.
& patet ex ſe,quia eſt expreſſa reuocatio iuriſdictionis iudicis
inferioris in illa cauſa,ꝙ etiam de conſenſu partium non vale
ret ꝓceſſus coram inferiore, ne ſic contrarium faciẽdo videan
tur partes illudere ſuperiori,vt d.c.bonę.& ibi ꝑ Panor. & per
Imo.in d.c.licet.nõ ob.c.audita.q̃a ibi nõ erat directa reuoca
tio,ſed indirecta ꝑ ſecũdas literas.tñ cogita, q̃a Doc.ĩ d.c. cęte
rũ. aliud in hoc tenent vt ſ̃.eſt dictũ,licet nõ allegẽt tex.in d.c.
bonæ. quod fortius habet locũ in electione,vel poſtulatione,
vbi non licet variare ꝑꝑ illuſionẽ.cle.j.de renun. ſed tamẽ tex.
fundat ſe poſtquam electio eſt pręſentata , ne ſic illudat̃ ſupe-
riori.facit d.c.eccleſia.el 2.in prin.ſ̃.vt li.pend.¶Poſtremo q̃ri
12 tur,Papa delegauit†cauſam vni ſub nomine ꝓprio,deinde de-
legatus eſt mortuus , vtrum ordinarius poſsit ſe intromittere
de illa cauſa.Bal.ſing.in l.ſi vt ꝓponis.la j.C.quomodo,& quã
do iud. col. pen. dicit,ꝙ non,quia licet delegatus ſit mortuus,
vel ſit neceſſe appellare,diſtingue aliquos caſus. ¶Aliquando
& primo ſit partib.pręſentib.& conſentientib.& tunc valet,&
non pōt appellari,vt hic. ¶ Aliquando , & ſecundo relatio ſit
partib.ſcientib.& tacentib.& non ꝯdicentib.tunc vr̃ approba
ta,& appellari non poterit,vt in gl.hic, & in d.l.j. C.de rela. &
ita hic Inno.& Io.An.& cōiter doc.quia cum cenſeantur con
ſentire,appellari poteſt.l.j.C.ſi ſępius in integ. reſti. & in reg.
quod ſemel,in 6.¶Tu aduerte , quia prædicta videntur debere
intelligi,quòd pars tacens cenſet̃ conſentire niſi poſtea appel
let intra 10.dies : quia cum relatio ſit quædam interlocutoria
taciturnitas non nocet, & pōt quandocūq; appellari intra 10.
dies,vt in d.ca.cū inter vos,& ſ.de elect. cū dilectis.& ita Bar.
in d.l.j.Hinc eſt,ꝙ ēt a tacita interlocutoria pōt appellari.ſ.c.
prox.¶Non obſtat gl.hic,quia loquitur poſt lapſum 10.dierū.
& ita vr̃, ꝙ ſilr̃ dēat intelligi text. in d.l.j. & quod eſt dictum ſ.
Id autem quod dicit Bal.per d.l.fi.ff.quando appel.ſit.vr̃ ꝙ de-
beat intelligi qn̄ ex taciturnitate deprehenditur ꝯſenſus.alias
in dubio vr̃ ꝙ poſſit appellari intra 10.dies prout eſt dictum ſ.
¶Aliquando,& tertio cōſultatio ſit altera parte præſente , ſed
non ꝯdicente,& tunc non facit fidem nec ei ſtabitur niſi quan
tū conſtet ex actis.& ita Inn. & Io.And.hic per id quod hr̃ in l.
j.C.de rela.Tu intellige ſi pars appellat ab hoc grauamine,al̃s
ſtaretur relationi factæ ꝯdicente parte, niſi appelletur arg.c.ſ.
proximi.& per id quod habetur in l.fin.C.de rela.ſm Pan.hic,
quod tamen vr̃ intelligendum niſi ex actis aliud euidenter cō-
ſtaret.¶Aliquando,& quarto,relatio ſeu conſultatio ſit parte
abſente per contumaciam,tūc Inn.& Io. An.hic volunt ꝙ nō
faciat fidē,nec ei credit̃ niſi quātū cōſtet ex actis,vt in d. c.qm̄
ꝯ.ſed Pan.intelligit qn̄ ab hoc grauamine eſt appellatum,alias
vr̃ ſtandum relationi ex quo fuit facta parte citata q̃ fuit con-
tumax,& non appellādo vr̃ cōſentire,vt in d.l.j.ſi ſæpius in ītē.
reſti.& in l.ab eo.C.qūo,& qn̄ iudex. ¶Aliquando , & vltimo
ſit conſultatio ſeu relatio altera parte ignorāte abſente, & nō
per contumaciam,tenet gl.hic in fi.ꝙ hoc caſu ſit nulla nec ei
crederetur, niſi quantum cōſtaret ex actis cū debuerit dari co
pia parti,vt hic in tex.ſm gl.Innoc.& Io. An. qn̄ vero data co-
pia parti ꝑtes non ꝯcordāt in formando punctū vel iudex fecit
relationē partib.diſcordantib. dic , vt ſ.eſt dictum. ¶Quarto
principaliter quærit̃ an relatio ſeu conſultatio poſſit fieri clau
ſa ſeu debeat fieri aperta.dic,ꝙ vtroque mō fieri pōt Quando
tn̄ pars nō habuiſſet copiā relationis ſeu conſultationis pote-
rit ꝯdicere,& appellare,vt ſ.alias ſi recipit relationem ſeu con
ſultationē clauſam, & ꝯdixerit, ſibi imputet cū debuerit dari
aperta ſi velit.facit c.cum olim magiſter.ſ.de offi.delega. ſm
Imo.

a Imo. [a] Tu aduerte, quia ex quo de iure dẽt dari aperta, vt hic
in tex.& in d.l.j. vnde ſibi p̄iudicāt partes qñ poſtea non appel
laſſent a dicto grauamine, alias ſi ſupplet̃ intra.x.dies ſecus vr̃,
& hoc niſi alias dep̄hendat̃ de cõſenſu partiũ. in dubio aũt ta
9 cens non excludat̃ ab appellãdo, vt eſt dictum.s̃.¶†Quinto, &
vltimo quęrit̃ an poſsit de voluntate recedi a relatione ſeu cõ
ſultatione fienda ad ſuperiorẽ.Imo.hic in fi.ↄcludit, ꝙ ſic ẽt ſi
a principe fuerit ordinatũ de conſenſu partiũ relationem eſſe
fiendã, dummõ iudex in hoc cõſentiat.& ita tex.in l.ad impera
torẽ.ff.eo.ti.ſecus ſi vna pars ↄ̃diceret eo caſu quo a principio
partes cõueniſſent illã fieri, ar.c.j.j̃.de reg.iu.& intellige, ꝙ ita
demũ poſsit de conſenſu partiũ reuocari donec, & quouſque
fuerit ſuperiori p̄ſentata.poſtea.n.reuocari nõ poſſet ẽt de vo
luntate partiũ per no.in c.bonę.el 2.s̃.de poſt.præl.in ver.nec
nocebat.de quo etiam hic Io.An.& ita reſidet Imo.hic in fi.ſu
10 per quo articulo conſidera aliquos caſus.¶Nã aliqñ, & primo
iudex cõmiſit cãm conſulendã inferiori puta ad ↄſilium ſapiẽ
tis an tũc poſsit reuocari, & procedere in cã non expectato cõ
ſilio.Bald.hic, ꝙ non qñ primo fecit cõmiſsionẽ de conſenſu
partiũ.tunc.n.reuocari non poterit niſi de ↄſenſu vtriuſq; par
tis: & hoc idẽ tenuit Bal. in l.fi.in prin.C.de rela. & bene facit
qđ dicit Imo.hic in fi.ar.c.j.j̃.de reg.iu.& in l.ab emptione. ff.
de pac.& ſatis hoc probat̃ in l.ad imperatorẽ. ff.de ap. de quo
articulo vide dicta in c.vt debitus.s̃.eo.in gl. in verſi.ex rõna-
bili cã.in fin.glo.vbi adde dicta hic.¶Aliqñ, & ſecundo iudex
refert cãm ad ſuperiorẽ decidẽdã vel cõſulendã & tũc an poſ
ſit reuocare cõmiſsionẽ, & ꝓcedere in cã nõ expectata cõmiſ-
ſione.Bar.tenet, ꝙ ſic in l.ad principẽ.ff.eo.tit.per illum tex.&
idẽ Ang.ibi, & in l.j.§.q̄ſitũ.ff.eo.Tu aduerte, qa in ↄ̃riũ vr̃ tex.
in c.licet.s̃.de off.dele.probans, ꝙ iudex non poſsit reuocare
vel procedere in cã relatione pẽdẽte: cũ eoipſo, ꝙ retulit cãm
ad ſuperiorẽ ſit abdicata ab eo iuriſdõ, ideo ꝓceſſus eſt nullus.
ita ꝓbat̃ ĩ d.c.licet.& hãc partẽ ſequit̃ in Spe.ti.de rela. §.fi.cũ
quo tranſit ibi Io.An.in c.ltĩma.de appel. in 6.hoc tñ poſſet li
mitari niſi iudex eſſet ordinarius, & reuocet de ↄſenſu partiũ.
tunc.n.valeret proceſſus, & ita ꝓcedat tex. in d.l.ad imperato-
rem.qa ordinarius nõ põt a ſe abdicare iuriſdõnem, vt in l.le-
gatus.ff.de offi.p̄ſi.nec ob.d.c.licet, qa ibi nõ interuenit cõſen
ſus partiũ, tũc.n.ſecus foret, vt in d.l.ad imperatorẽ.Si vero iu
dex erat delegatus.tũc ex quo ſemel retulit cãm ad ſuperiorẽ
eſt abdicata iuriſdõ ab eo, quã ẽt de conſenſu reaſſumere non
põt, vt in c.ſignificantib. s̃.de offi.dele. Ex p̄dictis apparet, ꝙ
non bene locutus fuit Bar.in d.l.ad principem, qui voluit, ꝙ iu
dex poſsit reuocare relationem etiã inuitis partib.cum ſit ſm
eum interlocutoria per l.qđ iuſsit.ff.de re iud.& in c.cũ ceſſan
te.s̃.eo.Nam certe licet ſit interlocutoria talis per quam abdi
cat a ſe iuriſdõnẽ ideo reuocari põt, vt eſt tex.ĩ d. c.licet. Imo
l.j.C.de rela.ꝓbat.ↄ̃ Bar.& idẽ Bar.in d.l.j.voluit ꝑ illũ tex. ꝙ va
leat ꝓceſſus pendẽte relatione niſi appellet̃. patet ergo, ꝙ niſi
reuocatio fiat de conſenſu partiũ põt appellari, & remedio ap
pellationis proceſſus foret nullus, vt in d.l.j. vt ergo valeat re-
uocatio requiritur cõſenſus partium, vt in d.l.ad imperatorẽ.
imo tenẽdum eſt ꝙ ẽt abſq; alia appl̃one proceſſus ſit nullus,
vt eſt tex.in d.c.licet.Nõ obſtat d.l.j.C.de rela.nã nõ dr̃ ibi, ꝙ
proceſſus valeat pendẽte relatione, ſed dr̃ ꝙ põt appellari. ꝑꝑ
hoc tñ non probatur ꝙ valeat ſnĩa, & proceſſus cum a ſnĩa nul
la poſsit appellari, vt in ca.dilecto.s̃.eo.& l.ſi expreſsim.ff.eo.
tit.nec debet ſumi talis intellectus in d.l.j. ꝙ valeat proceſſus:
quia eſſet ↄ̃ tex.in d.c.licet.& ſic iuri ↄ̃rius.vnde non ſumẽdus.
C.de cond.inſer.l.2.Nec etiam obſt.d.l.ad principem.quia de-
bet intelligi prout loquitur d.l.ad imperatorem. ſ.de conſen-
ſu partium, alias non contradiceret, & etiam ↄtradiceret ad d.
c.licet, & ita ſupplet gl.ibi, & limita, & intellige omnia prædi-
cta procedere anteq̄ relatio vel conſultatio ſit præſentata ſu-
periori: nam poſt præſentationem non poſſet etiam de cõſen
ſu partium reuocari: nec valeret proceſſus.& ita tex.no.in d.c.
bonæ.ĩ ver.nec nocebat.Sed ante pręſentationem valeret pro
ceſſus, & reuocatio de conſenſu partium: & ita probatur in d.
l.ad principem.& ita videntur dicta iura. s̃. eſſe reducenda ad
concordiam, & in hoc articulo concludendum, vt s̃.& ita hic
Imo.in fi.& in d.l.j.§.quæſitũ, col.4.referẽdo Spe.vbi.s̃.& qua
re ſit, ꝙ poſsit fieri reuocatio de conſenſu partium anteq̄ ſit fa
cta pręſentatio ſuperiori, & poſtea fieri nõ põt, & quę ſit dr̃ia
inter delegatum, & ordinarium, vide dicta in d.c.cum ceſſan-
te.in quinta.& ſexta limitõne, & adde ibi dicta hic, & amplius
vide per Bal.in rubri.C.de rela.dicentẽ, ꝙ ſi relatio ſeu cõſulta
tio ſit præſentata principi qui interim eſt mortuus, ꝙ dẽt ne-
ceſſario expectari reſponſum ſucceſſoris ex quo cõſultatio, &
relatio concernunt dignitatem quæ non moritur.c.ſi gratioſè
11 de reſcri.in 6.cum alijs ſi.†& ad prædicta vide Bal.in addi.Spe.
co.ti.de appe.in 3.charta.in fi.in ver.lata eſt ſnĩa.& ibi cõclu-
dit, ꝙ a ſnĩa lata ſm conſilium ſapientis electi de partium vo-
luntate põt appellari.Idem Bar.in l.2.C.eo.tit.in l.ſi conuene
rit.ff.de re iud.& hoc niſi partes promiſiſſent ſtare ſnĩæ quali-
tercunque ferendæ prout voluit Bal.in repeti. l.tale pactum.ĩ
12 §.qui prouocauit.ff.de pact.†Sed adde quod ſing.dixit But.in
c.propoſuiſti.circa fi.s̃.de proba.& ſequitur Imo.ibi, ꝙ ſentẽ-
tia lata ſm conſilium ſapientis nunquàm tranſit in rem iudi-
catam, & ſemper repertis ſapientibus conſulentib.poterit re-
b tractari. [b] & ſatis eſt de mente Io. An.ibi, pro quo bene facit
tex.no.in l.diui fratres.ff.de iurepa.quod ſin.tene menti.

ADDITIONES.

a ¶Adde Phi.Deci.in c.quoniam contra, nu.4.vbi dicunt tamẽ Moder.j̃.de ꝓb.
b ¶Retractari.Adde de veritate huius puncti do.Phi.Dec.in d.c.propoſuiſti.col.
6.verſicu.tertio.Col.

*SVMMARIVM.*

1 *Clerici an poſſint per conſuetudinem vel præſcriptionem ſibi quærere ius negatiuum, quòd non poſſint alibi vendi carnes vel victualia niſi in ſtationibus ſuis.*
2 *An poſſit quæri ius, vt non poſſit iri niſi ad certum molendinum, aut quod vnus ſolus habeat molendinum & non alius.*
3 *Quomodo huiuſmodi iura negatiua quæri poſſint priuilegio conſuetudine præſcriptione vel quaſi poſſeſſio quæri poſſit, vt ꝙ non poſſint alibi vendi victualia niſi certo loco, & ius vectigalis, & pedagij.*
4 *Seruitus negatiua altius non ædificandi, qualiter acquiratur.*
5 *Pro iſtis iuribus incorporalibus datur interdictum vti poſſidetis.*
6 *Vbi quis vtitur ſua poſſeſſione etiã ſi vſus ſit contra ius principaliter in iudicio deductum non dicitur innouare lite pendente.*
7 *Dilatio data de voluntate partium reuocari non poteſt altera parte inuita.*
8 *Deducens plura copulatiuè in libello appellatorio, ſufficit quòd vnum validum probet.*
9 *Non debet poſſeſſor turbari etiam ſi quaſi poſſeſſio eſſet contra ius.*
10 *Ante litem conteſtatam non poteſt implorari officium iudicis.*
11 *An ante litem conteſtatam iudex delegatus poſſit facere ſequeſtrationem vel inhibere.*
12 *An ante literarum præſentationem poſſit iudex delegatus abſoluere partes ab obſeruatione iudicij, & ibi quid ſit in prædictis dicendum in delegato a principe.*
13 *Quid ſi ante litem conteſtatam, an poſſit delegatus ab ordinario mittere in poſſeſſionem.*
14 *An delegatus ante litem conteſtatam poſſit reuocare attenta lite pendẽte.*
15 *Dilatione pendente an acta ſint nulla, & an poſſint ratificari de conſenſu partium.*
16 *Iudex poteſt reuocare dilationẽ, & tũc ceſſat regula, dilatione pẽdẽte &c.*
17 *An terminus datus de conſenſu partium poſſit reuocari per iudicem altera parte inuita.*
18 *Dilatio conceſſa de conſenſu partium non poteſt per iudicem prorogari.*
19 *Quando ſit, ꝙ iudex poſſit reuocare dilationem ſemel datam.*
20 *Vide ibi decem limitationes in quibus dilatione pendente non conquieſcit officium iudicis.*
21 *Suſpectus de fuga poterit capi dilatione pendente.*
22 *In his quæ de nouo emergunt poteſt iudex ſe intromittere etiam dilatione pendente.*
23 *An pendente vna dilatione poſſit dari alia.*
24 *Tractat ibi de materia, & intellectu l.1.de monopo.*

CAP. LXVIIII.

SIgnificante. Si ante litem conteſtatam ali
quid innouetur per iudicem
circa principale negocium vel abſque cauſa ante
diem aſsignatam pręuenit licite appellatur, & ſi ꝓ-
curator in proſecutione appellationis non ſeruauit formam
mandati auditur appellãs etiam poſt annum. hoc dicit.primo
ponitur appellantis narratio . ſecundo cauſæ commiſsio ibi
1 ideoque. ¶† No.j. ꝙ licet clerici per ſe perſonaliter non poſ-
ſint exercere officium carnificum, & tabernariorum, vt in d.
clemen.j.de vita & honeſta.clerico. tamen poſſunt per alium
de quo tamen ibi per gl. in verbo perſonaliter, & ex iſto text.
tene menti ſing. quòd etiam clerici poſſunt per conſuetudi-
nem vel præſcriptionem ſibi quęrere hoc ius negatiuũ, ꝙ non
poſſunt alibi vendi carnes vel victualia: niſi in locis vel ſtatio-
nibus ſuis, & in hoc eſt hic tex.ſing.Eſt enim valde vtile habe-
re dicta loca: quia tales ſtationes ſeu ſtallę ſunt tunc magni va
2 loris.† & eodem modo non poſſet præſcribi ius negatiuum, ꝙ
ciues non poſsint ire niſi ad meum molendinum vel quòd
ego ſolus habeam, vel non poſsit aliud conſtrui in mei pręiu
dicium: & ita Bal.& alij doct.hic per hunc tex. ad hoc notabi-
lem, cum alias de iure cõi quilibet in ſuo molendino cõſtrue-
re poſsit ſaluo iure publico, & nauigio, vt in l.quo minus, cum
3 ibi no.per Bar. ff.de flumi.† & eodem modo poſſet tale ius ne
gatiuum acquirere priuilegio, & ita etiam procedere poſset
tex. hic ſm doc.facit c.ſuper quibuſdam.§.præterea. j̃.de ver.
ſigni.& ibi, ꝙ præſcriptione vel cõſuetudine poſsit acquiri ius
colligendi vectigal ſeu pedagium. & aduerte, quia tale ius ne-
gatiuũ, quòd non poſsint in aliquo loco vẽdi victualia, vel iri

ad molendinum vel ſimile, nunq̃ poteſt acquiri cum cõſuetu-
dine vel p̄ſcriptione ẽt tanti tp̄is cuius in ꝯ̄riũ nõ foret memo
ria: niſi p̄ceſſerit prohibitio aut patiẽtia aduerſarij, alias poſſeſ
ſio negatiua nunq̃ acquirit. ita tex. no. in l. j. C. de ſer. & aqua.
ſm vnum intellm, & facit. ff. de vſuca. l. ſequit. §. ſi viã, ſm Bal.
hic, col. 3. l. qui luminib. ff. de ſer. vrb. præd. & in c. abbate. j. de
ver. ſig. in gl. 3. Eſt ergo neceſſe, ꝙ alij voluiſſent exercere hoc
ius in alio loco, & prohibiti acqeuerunt prohibitioni per tp̄s
legitimum ad præſcribendũ. Nã in præſcribenda ſeruitute ꝯ̄ li
bertatem requiritur factũ preſcribẽtis, & ſic prohibitio: alias
ſi ꝑ mille annos ſtares, ꝙ nõ venderes carnes in tua domo, poſ
4 ſes vendere vbi fuiſſes prohibitus, & acquieuiſti, & † ideo ſi ꝑ
mille annos tenuiſti domũ tuã depreſſam poterit altius tolle-
re, nec vicinus prohibere poterit, qđ non obſcurent ſua lumi-
na, vt l. altius. C. de ſeruitu. & hoc niſi fuiſſes prohibitus, & ac-
quieuiſti per legitimum tp̄s ad præſcriptionẽ: alias ſine prohi-
bitione non poſſet acquiri iſta ſeruitus negatiua per præſcri-
ptionẽ vel ꝯſuetudinẽ. & ita dẽt intelligi tex. hic. & dicit gl. in
l. q luminib. & ĩ d. c. abbate. & bñ facit. qđ hr in l. hæc aũt iura.
ff. de ſeru. vrb. præd. & tene menti prædicta, & hunc tex. no. de
hoĩ iurib. negatiuis. Secundo tene menti qđ eoipſo quod car-
nes vel victualia alibi vendũtur vr quis turbari in ſua quaſi poſ
5 ſeſſione talis iuris ſic reſtricti ad vnum locum. † Hinc eſt quod
pro iſtis honorantijs, & iurib. incorporalib. ſeu iuriſdõnalibus
datur interdictum vti poſſidetis ne qs turbet in quaſi ſua poſ-
ſeſſione vel in ſuo priuilegio, & ita tex. no. in c. licet cãm. ĩ pri.
& in fi. s. de prob. & facit. l. ſi quis diuturno. & l. ſicuti. §. Ariſto.
6 ff. ſi ſer. vendicetur. ¶ † Quarto no. ꝙ nõ dr quis innouare ꝯtra
ſtatum litis ſeu lite pendente ſi vtatur ſua poſſeſſione: licet
talis vſus ſit ꝯ̄ ius principaliter in iudicio deductum. faci tca. j.
s. vt li. pendẽ. & gl. no. in c. non ſolũ. de ap. in 6. & vide, ꝙ hr in
7 c. cum veniſſent. j. de inſti. ¶ † Quinto no. ꝙ dilatio data de vo
luntate partium non põt reuocari per iudicem altera parte in
uita. & ideo dilatione pendẽte iudicis offm ꝯquieſcit, & ita ſꝑ
8 allegat hic tex. & in l. ſiue pars. C. de dila. de quo. j. in gl. ¶ † Vl-
timo no. ꝙ appellãs ex plurib. cãis copulatiuè deductis põt iu-
ſtificare applonem probando alteram cãm tm̃, & ſic facit qđ
deducens plura copulatiuè in applone vel in libello appella-
torio non cenſeatur in dubio ſe aſtrinxiſſe, licet ſufficit quod
vnã tm̃ ltĩmam probet, vt hic in tex. in fi. & ita tex. & gl. hic in
fi. & in c. exhibita. de iud. & in l. appellanti. ff. de appel. & vide
9 de his dicta in ca. vt debitus. s. eo. ¶ † In gl. j. ibi, ep̄s erat in poſ-
ſeſſione. gl. ponit primum intellm quod ep̄s erat hic in quaſi
poſſeſſione huius iuris, quòd carnes deberẽt vendi in ſuis ſta
tionib. & ſic habebat ius macelli in certo loco, ſed capitulum
dicebat hoc ius ad ſe pertinere, & ideo hoc iure agebat inter
eos, & hic intellectus eſt verus in ſe: & rõ dubitandi erat, quia
iſta quaſi poſſeſſio eſt ꝯ̄ ius cõe, ſed rõ decidendi fuit, quia litẽ
pendente ſuꝑ hoc iure non debebat ep̄s ꝓhiberi vti ſua poſſeſ
ſione. nec interdici poſſeſſio ẽt ſi ſit de iure ſpeciali, vt patet in
c. j. s. vt li. pendẽ. ſiue poſſeſſio ſit certa ſiue dubia, quia dubiũ
dẽt decidi per ſnĩam diffinitiuam, & ita in hoc eſt tex. not. ſm
Bal. hic, ideo non potuit ſuper hoc iure ipſa ſnĩa executiõi mã
dari anteq̃ eẽt lata ꝯ̄. l. j. C. de exc. rei iu. & ſm hũc intellm ver
bũ præſertim, hic in tex. ſtat proprie, & accipit ꝓ maxime, vt ꝑ
gl. no. in c. ad abolendã. s. de fil. p̄sby. & ſic idẽ fieret ẽt ſi lis fuiſ
ſet ꝯteſtata, quia dẽbat expectari ſnĩa diffinitiua. non. n. dr ali
quid innouari in p̄iudiciũ litis ſi aliqs vtat poſſeſſione ſua ſi-
cut prius: imò ſibi fieret innouatio ſi vti ꝓhiberet vt patet ĩ d.
c. j. & ꝑ gl. no. in d. c. non ſolũ. & iõ non eſt neceſſariũ ſupplere
ad hũc tex. & maxime prout facit gl. ſequẽs, cũ hic in tex. ſit di
ctio p̄ſertim, q̃ idem importat: niſi dicas, ꝙ ſuppletio gl. proce-
dit reſpectu totius tp̄is pendẽtiæ litis, qa non dẽt aliquid inno
uari ĩ p̄iudiciũ poſſeſſoris, & ex his hẽs primũ intellm, & rõnẽ
10 quare fuit hoc licitũ ep̄o appellare. ¶ † In ea. gl. in fi. gl. ponit
ſm intellm, ꝙ hic capitulum erat in quaſi poſſeſſione, & age-
bat negatoria ꝯ̄ ipſum turbãtẽ. & rõ decidendi fuit, quia non
potuit implorari officiũ iudicis ante litẽ ꝯteſtatã. & tunc dẽt
11 ſuppleri ad tex. verbũ maxime. † & iõ gl. ſuper verbo, ſuper his,
ponit rõnẽ. qa delegatus nõ potuit hic inhibere vel ſequeſtra
re hãc poſſeſſionẽ añ litem ꝯteſtatã, qa dicit gl. ꝙ ideo, qa iu-
riſdõ delegati nõ eſt fundata ante litẽ cõteſtatã. ideo eius offi
cium conqeſcit, & in hoc eſſet hic melior tex. q ſit in iure ſm
Bal. ita ẽt text. eſt, & gl. ſing. de iure ciuili in l. ſi reus paratus. ff.
de procu. vbi ante litem ꝯteſtatam non põt implorari officiũ
iudicis delegati, ꝙ fiat ſequeſtrum vel depoſitum, quia iuriſdõ
delegati quo ad partes nõ eſt plene fundata ſm Bal. hic, & per
illũ tex. dicit etiam no. Bal. in l. conſentaneum. C. qũo, & qñ iu
dex. ꝙ delegatus ante litem conteſtatam nõ poſſet abſoluere
partes ab obſeruatione iudicij. & ita ẽt voluit gl. in l. j. in prin.
C. ſi a nõ cõpe. iud. l. 2. C. de iuriſd. om. iu. Super quo articulo
videret, ꝙ poſſit implorari officium iudicis delegati ẽt ante li

tem conteſtatã, pone aliquis impedit partẽ citatam ne veniat
ad iudicem delegatum vel alio modo turbat eius iuriſdõnẽ, &
ita tex. in d. c. j. & c. de cãis. s. de off. deleg. Itẽ põt punire ꝯtuma
cem ante litem conteſtatam. s. vt li. nõ conte. c. tuæ. ſm Imo.
ſed certe tex. ibi loquitur in ordinario: ideo melius facit dictũ
Inn. in c. ſæpe. s. eo. vbi voluit, ꝙ offõ iudicis delegati, etiã an
te litem conteſtatã contumax põt condemnari in expenſis, &
12 mulctari. idem Inn. in c. conſuluit. s. de offi. delega. in prin. te-
nuit expreſſe, ꝙ delegatus ẽt ante litem ꝯteſtatam poſſit par-
tes abſoluere ab obſeruatione iudicij. & ꝓcedũt prædicta non
ſolum in delegato a principe qui abſq; dubio poſſet facere ſe-
queſtrũ, & depoſitũ ante litẽ ꝯteſt. ita tex. in c. 2. s. de do. & ꝯtu.
Sed etiã in delegato ab inferiore, vt no. in d. ca. de cauſis. & ita
13 Inn. in d. c. ſæpe. & in c. conſuluit. indiſtincte loquitur, & † de
delegato ab ordinario, qđ poſſit ante litem ꝯteſtatam implo-
rari eius officiũ, & fieri miſsio in poſſeſſionem, eſt tex. no. in c.
cum veniſſent. s. de eo qui mitti. in poſſ. Sed poſſet rñderi qđ
ibi loquitur de iure canonico, vt etiã per gl. in c. ſi quis ꝯ̄ cleri-
cũ. s. de fo. cõp. ſecus de iure ciuili, vt ꝑ gl. in d. l. 2. ff. de iu. om.
iud. tñ in oĩ caſu ſubeſt rõ generalis ca. j. & 2. s. vt li. penden. &
cle. 2. eo. ti. vt ſic poſſit implorari officiũ delegati ne aliqd in-
nouet pẽdẽte lite ẽt ante litem cõteſtatã. Sed aduerte, quia ſe
cundus intellectus de quo hic in gl. poſſet ex prædictis ſaluari,
& ꝙ iõ non fuerit hic licitum iudicib. lite nondum conteſtata
interponere ſe de hac poſſeſſione, qa de ipſa principaliter age
batur inter partes, ſed poſt litẽ conteſtatã cõſtito de poſſeſſio-
ne potuiſſent iudices interloq. facit c. cum veniſſent. j. de inſt.
ſm Pan. dicentẽ, quod qñ ꝯſtaret de poſſeſſione, & de ea prin-
cipalr non foret cõtentio, poſſet delegatus ẽt ante litem conte
ſtatam eius officium impartiri, & reuocare innouata lite pen
dente per no. in d. cle. 2. hanc rõnem ponderauit hic Inn. dicẽs
quod attẽtata circa rem principaliter petitam, & ſuꝑ iniurijs
damnis, & fructib. circa illam ſi talia contingũt poſt litem ꝯte
ſtatam poſſit officiũ iudicis delegati implorari: ſecus ſi ante li
tem ꝯteſtatã: & ita dicit quod põt intelligi iſte text. Approbat
ergo Inn. intellm gl. hic, qđ officiũ iudicis delegati non poſſit
implorari ante litem conteſtatã in his q̃ tangũt rem principlr
petitam. & ita hic Pan. & hoc modo põt ꝓcedere d. l. ſi reus pa
ratus, & qđ dicit Bal. ibi, & hic. Sed Imo. hic, col. 3. in prin. non
ſequit hunc intellm, qa eadem vr rõ ante, & poſt litem ꝯteſta
tam, cum vtroq; caſu fiat innouatio lite pendente, & ideo con
cludit Imo. quod ſuper iure nouiter contingente, & ſeparato
a re principaliter contenta in reſcripto. Item, & circa ea q̃ con
tingunt ipſam rem de qua agit, poſſit delegatus ſe intromitte-
re etiã ſi ꝓ illo contingenti noua actio cõpeteret, vt in l. nõ ſo
lũ. ff. de rei ven. & in l. ſi qs miſſum. §. j. de dã. infe. & ibi Bar. & ĩ
l. j. C. de iud. licet aliq aliter teneãt ꝓut tãgũt gl. & Bar. in locis
p̄allegatis quos forte voluit ſeq Inn. hic. fatet tamen Bar. de cõ
tingentib. poſt litẽ conteſtatã ꝙ poſſit iudex ſe intromittere
etiã ſi primo non fuerint petita. Sed de cõtingentib. ante litẽ
conteſtatã non poterit niſi illud primo fuerit petitũ, vt ĩ l. ædi
14 les. §. item ſciẽdũ. ff. de ædi. edi. † & ideo ſubdit hic Hoſ. ꝙ ſi ali
qd innouat lite pendente poterit etiã ante litem conteſtatã ex
offi. iudicis delegati fieri reuocatio attentatorũ lite pendente
etiam aliter libello non oblato, ꝑ gl. in d. cle. 2. ĩ prin. & ideo di
cit Imo. hic col. 4. non fore tenendũ ſm intellm gl. hic cũ poſ-
ſit intentari officiũ iudicis delegati ſuper innouatis ante litem
conteſtatã. Sed aduerte quia hoc poſſit ꝓcedere qñ innouatio
occurreret ſuꝑ alijs cõtingentib. a re ipſa principali petita, ſed
qñ ſuꝑ re principali petita ſecus vr, qa cũ ante litem conteſta-
tã non poſſit conſtare de iurib. partiũ. s. vt li. non ꝯteſ. ꝑ totũ,
& non poſſint fieri ꝓbõnes. ergo anteq̃ poſſit ꝯſtare de iurib.
partiũ iudex aliqd interloqui nõ põt ſuꝑ re principalr petita:
& iſta rõ concludit ẽt in ordinario licet hẽat ampliorẽ iuriſdõ
nem cũ poſſit ex cã prohibere, vt neutra partiũ vtat poſſeſſio-
ne lite pendẽte, vt gl. in l. qđ iuſſit. ff. de re iud. & ꝑ Inn. in c. in
præſentia. in prin. s. de prob. quare iſte ſecũdus intellectus ad
tex. põt ſaluari modo p̄dicto, & eſt verus, & non in ipſa princi
paliter petita, & hoc qñ non conſtat de iurib. partium, ſed qñ
conſtaret, quòd reus vel actor poſſideret, & fieret innouatio
ẽt in ipſa re principaliter petita, videret qđ officiũ iudicis poſ
ſit implorari ẽt ante litem conteſtatã. & ita procedat quod di-
cunt Hoſt. & Imo. hic col. 4. facit ca. cum teneamur. s. eo. non
obſt. text. quia hic non conſtabat quis iſtorum poſſideret, &
cui ius competeret, & ideo ante litem cõteſtatam non potuit
implorari officium iudicis delegati, quòd aliquid hẽat interlo
qui ſuper hoc: & ita intelligi dẽt quod dicit ſupra: ſecus quan
do cõſtaret de poſſeſſione alterius partis, & ita procedit quod
dicunt Hoſt. & Imo. hic, & vide per Spec. de offi. iudi. §. deſer-
uit. verſic. ſed ſequitur, & ibi per Ioan. Andr. in addit. & per
Spec. titu. de ſequeſtra. in fi. per Butr. & Panor. in c. penul. s. de
ſequeſ. poſſ. vbi ſimpliciter tenẽt, quòd delegatus poſſit face-
re ſeque-

re ſequeſtrũ,ſed non bñ aperit an ante litẽ cõteſtatã,quo caſu
voluit Bal.in c.j.de ſequeſ.poſ.col.5.in prin.ꝙ delegatus non
15 poſsit.¶†In gl.ĩ verbo,ꝓuenire diẽ.No.ex gl.& tex.bonã regu
lã,& ita allegaꝛ,ꝙ dilatione pẽdẽte iudicis officiũ cõquieſcit
ꝯcordat.l.ſiue pars C.de dila.qa lex ĩponit ſilẽtiũ iudici adeo
ꝙ illud,ꝙ fieret ꝑ iudicẽ dilatione pẽdẽte eẽt nullũ ipſo iure,
ſm Bal.hic,& ĩ d.l.ſiue pars,& ĩ l.pe.C.de arb. circa fi. dicentẽ
ſing.poſt Cy.in tm̃ geſta ꝑ iudicẽ dilatione pẽdẽte fore nulla,
ꝙ ex poſt nõ poſſent ratificari ẽt de expreſſo conſenſu partiũ:
nec valerẽt,vt acta iudicialia,& ſic nõ obſtat l.2. cũ ibi no. C.
cõmuni vtri. iudi.licet partes ante factũ bene poſsint renũcia
re dilationi,vt j.diceꝛ.tñ ꝯſenſus partiũ in hoc nihil operatur
16 poſt factũ,ſm Bal.in d.l.pe.qđ ſing.no. ¶†Limita tñ hãc regu
lã ꝓcedere, niſi iudex primo reuocet ipſam dilationẽ, tunc.n.
bene põt ꝓcedere ad vlteriora non expectato termino. & ita
gl.no.hic & d.l.ſiue pars.& Bal. hic. vnde nõ ob.pẽdentia dila
tionis põt iudex cã reuocare,hoc tñ qñ expreſſe reuocat,alias
ſtaret regula ipſius tex.ꝙ geſta ꝑ iudicẽ pẽdente dilatione eſ-
17 ſent nulla,vt ſ.¶†Sed quæritur, circa prædicta, an iudex poſ-
ſit dilationẽ ſemel datã reuocare, đ quo articulo hic per Doc.
& in l.ſi quis cũ ꝓcuratorio.§.fi.ff.de ꝓcu.& cõcludas ſic,ꝙ aut
dilatio eſt data abſq; cãę cognitione,& poterit eodẽ mõ abſq;
cauſæ cognitione reuocari,vt no.in l.diẽ.ff.de arbi.ꝑ Inn.in c.
querelã ſ.de elec.per Bar.ĩ d.l.qđ iuſsit.ꝑ Bal.in l.ſi pacto quo
pœnã.in prin.C.de pac.& ita Panor.hic.Si vero dilatio ſit da-
ta cũ cãę cognitione,& de ꝯſenſu partiũ, vr̃ ꝙ nõ poſsit reuo-
cari altera parte ꝯdicente arg.c.j.de reg.iur.qñ iuſta eã nõ ſub
eſt.tex.eſt hic.& ita ẽt ꝓcedit, qđ dicit hic glo. & idẽ in hoc te-
nẽt Hoſt.Io.An.& Imo.& Panor. hic,de quo articulo vide di-
cta in c.cũ ceſſante.ſ.eo.qñ ſit ꝙ interlocutoria ſit lata de con
18 ſenſu partiũ poſsit ꝑ iudicẽ reuocari.†& voluit Bal.in l.j. in fi.
C.ſen.reſcin.non poſ.ꝙ dilatio aſsignata de cõſenſu partium
nõ poſsit per iudicẽ prorogari.Idẽ tenet Butr.in c.2.ſ.de dila.
19 †ſed certe Bal.intelligit niſi iuſta cauſa ſubſiſtente,tũc.n. poſ-
ſit reuocari & mutari,& ita ẽt ſequiꝛ Imo.in d.c.2.col.2.Si ve
ro dilatio eſt ꝯceſſa per iudicẽ ex officio, vel ad petitionẽ alte
rius partis tm̃,tũc ſi incontinenti velit reuocare poterit ꝑ no.
in l.qualẽ.ff.de arbi.ſecus ſi ex interuallo,poſtq̃ incępit partis
intereſſe,qa ſine cã reuocare nõ põt,ſed cauſa ſubſiſtẽte,& ſa-
tisfacto de intereſſe partis poſſet reuocari per no.in l. ſi pecu-
niã.ff.de cõdi.ob cau.& j.c.prox.§.ille deniq;. ſm Imo. oĩ ta-
mẽ caſu valeret reuocatio,ẽt abſq; iuſta cã niſi à tali reuoca-
tione appelleꝛ,ſm Imo.hic adducentẽ no. Inno. in c.ſacro. in
fi.j.de ſentẽ.excõ.in verbo reuocaret,& vide glo.no.in verbo
ſeptẽniũ in c.cũ ex eo.de elec.in 6.ſi eṗs diſpẽſauit cũ clerico
ꝙ poſsit per ſeptenniũ ſe abſentare a ſuo beneficio cã ſtudij,
an poſsit talem dilationẽ reuocare? dic vt ibi per glo.& Doc.
20 ¶†Scđo limita ſupradictã regulã niſi dilatio reuoceꝛ de cõſen
ſu partiũ,tunc.n.abſq; dubio põt iudex ꝓcedere nõ obſtãte di
latione, & hoc ſatis innuiꝛ hic ĩ tex.& gl.& facit d. l. ſiue pars.
¶Tertio limita niſi iudex velit exercere actũ ad executionem
ipſius dilationis datę. tũc.n.nõ conquieſcit officiũ iudicis di-
latione pendente.ff.de arbi.l.nõ ex omnibus,ſm Bal. in c.2. ſ.
de dila.¶Quarto limita niſi ſit finita cauſa dilationis, tunc.n.
ſtatim intelligiꝛ finita ipſa dilatio,& valeret ꝓceſſus dilatione
pendente.ita tex.in l.a filia.§.alũno.ff.ad Treb. & ibi per Bar.
& alios.Pone,ſtatuit iudex dilationẽ ad cõparendum, vel ꝑꝑ
abſentiam 10.dierũ:tunc immediate,ꝙ cõparet vel eſt reuer-
ſus cenſeꝛ finita illa pendentia dilationis,& hoc quãdo eſt ſa-
tisfactum dilationi.alias ſecus.pone,ꝙ ſit certũ partẽ nõ poſſe
j.dilationẽ aliquid facere,& nimiũ ſe arctaſſe,an iudex debeat
vlterius expectare.dicas ꝙ ſic,pro quo eſt gl.ord.& no. in ver-
bo decẽ diebus,in c.vbi periculũ.in princ.de elec. in 6. & vide
in c.cõmiſſa.de elec.eo.ti.& ita Bal.in d.l. ſiue pars. ¶Quinto
limita niſi iudex aliquid faciat in fauorem eius cui data eſt di
latio.tũc enim dilatione pẽdente iudicis officiũ non conquie
ſcit l.ſi quis inſtituatur.ff.de hær.inſti.& ita tenet Imol.ibi per
illũ tex.quod bene no.¶Sexto limita,quia ille qui habuit dila
tionẽ põt cõparere,& acta facere in iudicio. nõ enim prohi-
betur innouari per eũ, qui habuit dilationẽ, vt eſt tex. no. &
21 ibi vide per Doc.in c.cum dilecti.j.de accu. ¶†Septimo limi
ta niſi ſuſpitio emerſerit poſt datã dilationẽ, & ideo ſuſpectus
de fuga poterit capi dilatione pendente.& ita Cy.& Bal.in d.
l.ſiue pars.pro quo ẽt gl.ſing.in l.quæſitum.ff.de pig. volẽs,ꝙ
ſi debitũ foret ſub cõditione, vel in diem, poſsit debitor capi
rõne ſuſpitionis non obſtante ꝙ conditio ſeu dies nondũ ve-
nerit,qđ tene mẽti,licet Ang.de hoc dubitauerit in l. Ariſto.
22 §.ſi maior.ff.de iur.delib.¶†Octauo limita, quia ſi aliquid in-
nouareꝛ ꝯ ius dilatione pẽdente põt iudex occurrere nõ obſtã
te dilatione, vt ſic tale attentatũ reuoceꝛ per id qđ hr̃ 11.q.j.
qa res.& per no.in c.cũ teneamur.& c. qua fronte.ſ.eo. & ita
Panor.hic col.4.& Imo.col.6.quia in his,quæ de nouo emer-
gũt põt iudex ſe intromittere ẽt pendente dilatione nõ obſtã
te tex.hic,qa rñdeꝛ prout.ſ.dictũ eſt. ¶Nono limita, niſi dila-
tio ſit data rõne eius,ꝙ eſſet de ſe nullũ.tunc.n. ſimiliter dila-
tio eſt nulla,& iõ ꝓceſſus illa dilatione pendẽte valeret.ita gl.
23 in l.cũ pr̃.§.curatoris.ff.de leg.2.¶†Decimo limita, qa ſuper
alio q̃ ſuper quo ſit data dilatio,iudicis officiũ nõ cõquieſcit,
& valeret ꝓceſſus pẽdente dilatione.& ita tex.in l.generalr̃.§.
ſinaũt.ff.de re.cre.Bal.in d.l.ſiue pars,in prin.& Panor.hic, co
lũ.4.dicens,ꝙ iudex pendẽte vna dilatione põt dare terminũ
ad alium actum ſucceſsiuũ explicandũ eidem parti,vel alteri,
quia hoc non eſt in præiudicium dilationis. facit qđ idem vo-
luit Bar.in l.2.ff.de re iudi.& But.in d.c.2.de dila.& Bal. in l.fi.
C.qui admitti.¶Vltimo limita,quia poterit vna dilatio aſsi-
gnari ad plures actus ſucceſsiuos, ſiue diuerſos, quãdo ſunt cõ
patibiles.& ita Bar.in d.l.ſiue pars.& facit c.licet cãm.ſ.de ꝓ-
ba.& idem voluit Spe.ti.de dila.§.ſequiꝛ.ver.deliberatoriè. &
ſeq. poterit ergo dicere iudex,aſsigno tibi dilationẽ 10.dierũ
ad probandũ & ſimiliter alteri parti alios decẽ.& ita Imo. hic
col.6.& Panor.hic col.4. dicens, ꝙ quãdo ſecundus actus de-
pendet a priori,ita ꝙ recipit alternationẽ vel limitationẽ ab
effectu prioris actus,tũc non poterit iudex ad diuerſos actus di
lationes ſimul præfigere. & idẽ quando ſecundus actus habet
cõnexitatem cum primo vel ei afferret præiudicium,ſecundũ
Imo.hic.Exemplum, iudex aſsignat dilationem ad poſitiones
fiendas 10.dierũ,& alios 10.ad probandum. certe nõ põt hoc
facere,qa forte poſitiones erunt confeſſatæ per partem aduer
ſam,vnde fruſtra dareꝛ ſecunda dilatio,vt in c.j.de cõfeſ.in 6.
vel forte omnes poſitiones negabuntur,vnde longiori dilatio
ne opus eſſet, ideo expectanda eſt tunc ipſa prima dilatio, ſe-
cus ſi termini eſſent omnino diuerſi, puta aſsignat iudex dila-
tionẽ ad producẽdũ teſtes,& ſucceſsiue alium terminũ ad ꝓ-
ducendum inſtrumentum. tunc enim nihil prohibet hos ter-
minos cumulare,ſm Panor.hic.& idem Bal. in d.l. ſiue pars.
nec diciꝛ tũc innouari dilatione pendente, ex quo ſimul aſsi-
gnantur plures ſucceſsiue dilationes,& ad actus ſucceſsiuos,
vt per Inno.in c.cõſuluit.de off.deleg.Hinc dixit Bar.in l.quã-
diu.ff.de acqui.hære. ꝙ j. tẽpora aſsignata vni quãdoq; datur
dilatio alteri & j.tpa primi qñ interroganꝛ ſequentes, vt dicit
gl.no.in l.j.C.de ſucceſ. edi. & de materia vide per Doct. in d.
c.2.ſ.de dila.& aduerte,quia licet ſ.in prin.huius gl. ſit dictũ,
ꝙ geſta dilatione pendente ſint nulla, videtur ad hoc obſtare
tex.hic,vbi remedio apploñis veniunt irritãda,& ſic vr̃ neceſ-
ſaria applo,alias valeret ꝓceſſus dilatione pendẽte. Sed dicas
ꝓut eſt dictũ.ſ.c.ꝓxi.qa nõ incõuenit,ꝙ ab actu nullo appelle
tur,vt in l.ſi expreſsim.cũ ibi no.ff.eo.ti.& per Doc.in c.exhi-
bita.ſ.de iu.& ſ.eo.c.dilecto.hic ergo reuocaꝛ in irritũ quate
nus de facto ꝓceſſerit,vt per gl.in verbo caſſamus.in c.2. vt li.
24 nõ ꝯte.& de reſcin.vẽ.l.ſi dolo.¶†In gl.in verbo,ſuper his nõ
audiebat.ibi,circa principale nihil facere põt. No.gl.ad intel
lectũ retẽtũ.ſ.in gl.j.in fi. & vide ꝑ Io.An.allegãtẽ tex.hic ĩ c.
nõ ſolũ.poſt prin.eo.ti.ĩ 6.& aduerte qũo poſsit ꝯpetere hoc
ius,ꝙ carnes & victualia vẽderenꝛ in ſtallis capituli, & non in
alijs locis.hoc.n.videreꝛ monopoliũ,& a iure improbatũ.C.đ
monop.l.j.vbi nemo põt ꝓhiberi,ꝙ non exerceret artẽ ſuã &
cuilibet licet in ſuo facere honeſta exercitia, nec valet cõuen
tio,ꝙ nõ vẽdanꝛ vel emanꝛ victualia niſi in certo loco,vel pre
cio,nec pñt artifices facere ordinamẽta,ꝙ de opere vnius al-
ter ſe nõ ĩtromittat,nec valeret ĩ p̃dictis ſtatutũ vel priuilegiũ
ꝓut de his oĩbus eſt tex.in d.l.j.quæ vr̃ ꝯ tex.¶Quare Inn. hic
tripliciter rñdet.& primo ꝙ ibi loquiꝛ in cõuẽtionibus & ſta-
tutis ipſorũ artificũ quę nõ valẽt Bal.tamẽ ĩ d. l.j. hoc limitat
niſi artifices hẽrent arbitriũ ſtatuẽdi à ciuitate vel a ſuperiore,
vel niſi ſint ſtatuta ciuitatis, q̃ bene valerẽt in p̃dictis,licet ſe-
cus ſit in ſtatutis collegiorũ artificũ, vt d.l.j. ¶†Scđa rñſio ſit,
ſm Inno.ꝙ licet in p̃dictis nõ valeãt pacta, vel cõuẽtiones,va-
lẽt,tñ cõſuetudines vel priuilegia,& ita ſit tex.hic, ſm Inn. &
ſequiꝛ Panor.hic in fi.¶Tertia rñſio ſit ꝙ ꝓhibitio nõ foret p̃-
dictis licita de ꝑſonis vel rebus.& ita ꝓcedat d.l.j.& ſic nõ poſ
ſit acqri ius ꝓhibẽdi ꝑſonas vẽdere vel victualia vendi. ſed de
loco vbi ſolũ hẽant vẽdi victualia valeret.& ita ꝓcedat tex. cõ
ſuetudo & pactũ,& põt tale eius ꝯpetere.& ita ꝓcedat tex. no,
hic ſm Inn.Aduerte,quia hęc ſolutio quo ad pactũ vr̃ ꝯ.d.l.j.
vbi ꝓhibeꝛ pactũ ꝑ qđ incõmodaꝛ,vel reſtringaꝛ publica vtili
tas.facit l.j.§.cura carnis.ff.de off.p̃fec.vrbis.Hinc eſt,ꝙ fauo-
re publicæ vtilitatis,& vt ſit copia victualiũ, & nõ vẽdaꝛ caro
p̃cio,põt ſtatui p̃ciũ,ne vltra trãſcẽdar,vt in l. itẽ ſi verberatũ.
§.j.vbi de hoc ꝑ Doc.ff.de rei vẽdi.ꝓ quo ẽt tex.ĩ c.qcũq;.in fi.
de pace tenẽda & eius viol.vbi ꝓbaꝛ,ꝙ victualia vẽdi certo p̃-
cio a ſupiore ſtatuto ꝑtinet ad pacificũ ſtatũ reipublicę, & fa-
ciẽs ꝯ incidit in pœnã.ideo officiales hñtes arbitriũ ſuper bo
no & pacifico ſtatu ciuitatis poterũt ſtatuere, ꝙ victualia cer
to precio vẽdanꝛ.ita tex.ibi, quare videreꝛ, ꝙ pactũ in p̃dictis

non valeat, ſimiliter nec ēt priuilegiū per id qđ hr̄ in d.l.j. quare Imo. dicit hic priuilegiū valere qñ in eo eſſet cl̄a non obſtãte. alias ſecus ꝑ no. in l.fi.C.ſi ↄ̃ ius, & ī c.j.đ exce. ꝑl. in 6. Nec ſimiliter vr̄ valere conſuetudo, quia irrõnabilis. ſed certe ꝙ valeat conſuetudo, vr̄ tex. hic. nõ.n. dr̄ ex toto ↄſuetudo irrõnabilis, ꝙ forū, & nundinę aut victualia exerceãtur in aliquo loco, vt eſt dictū. ſ̃. in tex. põt.n. hoc ius acquiri per conſuetudinē. & ita ſit tex. hic ſing. alias.n. male egiſſet vel excepiſſet hic capitulum, & fuiſſet notorie repellēdū, vt l.j. & ibi per gl. ff. de offi. aſſeſ. eo. ti. l. vbi pactū. C. de trãſac. & ꝑ hoc Inn. in c.j. ſ̃. de offi. vic. ſed cū hic ī tex. ꝓſupponat̃ poſſe tale ius cõpetere; ideo apte ꝓbatur, ꝙ valeat in his priuilegiū vel conſuetudo, & ita reſidet Imo. hic, ſicut & alias in ſimili põt induci talis cõſuetudo. l. venditore. §. ↄſtat. ff. cõi. ꝓdi. & no. prædictas limitationes ad intelligentiã d.l.j. C. de monopo. ¶ In gl. fi. ibi, nõ poſſet eos recuſare. No. gl. & vide de his in c. cū olim. ſ̃. de cau. poſ. ¶ In ea. gl. ibi, forte non erat ſoluendo. dicit Hoſt. ꝙ hic procurator exceſſit fines mandati, ideo non præiudicauit dño nec tenebat̃ dñs agere primo ↄ̃ procuratorē, quia impetratio facta per eum non ſeruata forma mãdati fuit nulla. l. diligēter. ff. man. ſed certe hæc rñſio non procedit quo ad ipſam impetrationē, nõ aūt quo ad deſertionem appl̃onis cum procurator eam non fuerit proſecutus. j. annum. & pp̄ hoc gl. hic rñdent, ꝙ procurator non erat ſoluendo ſicut quilibet alius impediens præiudicare quo ad deſertionem appellationis, & dēt primo agi ad intereſſe ↄ̃ impediētem, vt in d.§. dolo, hic in gl. allegato, ita dēt agi ↄ̃ procuratorem dantē cãm deſertioni appl̃onis licet ↄ̃ formam mandati, & licet in hoc nõ ſit procurator, ſed tertius, vt in d.§. dolo, & pp̄ hoc eſt ꝙ gl. hic rñdendo dicit, ꝙ ꝓcurator nõ erat ſoluendo, quia ex eo exiſtēte ſoluendo fuiſſet primo agendū ↄ̃ eum ex cuius dolo appl̃o fuit deſerta, vt in iurib. hic ī gl. allegatis. ex qua gl. no. ꝙ impedito facto tertij currunt fatalia, & non datur reſtitutio, ſed aget̃ ↄ̃ impedientē ſi eſt ſoluēdo: alias dat̃ ſ̃m fatale, & ita procedat tex. cū gl. hic. vel dicas, ꝙ ↄ̃rium procedit qñ tertius eſt in dolo quo caſu põt ↄ̃ eū agi ad intereſſe, ſed hic procurator nõ fuit in dolo, ſed potius circumuētus, vt hic in tex. ideo eſt, ꝙ dat̃ hic ſ̃m fatale ſ̃m Pan. de quo tamen articulo quãdo ſit, ꝙ fatalia currant impedito ex facto procuratoris vel alterius, vide plene dicta in c. ex ratione. ſ̃. eo.

*SVMMARIVM.*

1 *Ex ſola repulſione exceptionis non iuſtificatur appellatio niſi etiam probetur de veritate cauſæ appellationis.*

2 *Plures notabiles caſus in quibus eſt ſtatim iuſtificata appellatio ab interlocutoria etiam ſi non probetur veritas cauſæ appellationis.*

3 *Quando appellans habet præſumptionem iuris contra ſe non ſufficit offerre probationem incontinenti.*

4 *Vide ibi plures intellectus ad c. ex parte. ſupra de teſti. certè ibi ſunt limitationes ad iſtum tex.*

## CAP. LXX.

INterpoſita. Hęc decretalis eſt famoſa, & vtilis, hñs quatuor ꝑtes ſicut quatuor ponit deciſiones, & prima pars eſt ſingularis in toto corpe iuris quã ſolēniter ac vtiliter legã. h.d. ad iuſtificandã appl̃onē interpoſitã a grauamine vel alia cã ꝓbabili eſt neceſſe ꝙ corã iudice appl̃onis ꝓbet̃ de veritate cãæ grauaminis niſi corã iudice a quo fuerit oblata probõ, & reiecta. h.d. ſing. vſq; ad §. idē quoq;. & de mã vide per Spe. eo.
1 tit. in §. qualiter, col. 3. in princ. ¶ † Tene mēti primo vnã rl̃am no. & neceſſariã, qa licet alias ſi iudex reijcit ltĩmã exceptionē ſit tūc iuſta cã appellãdi, vt ſ̃. c. ꝓx. & c. ex parte R. tñ ex ſola repulſione exceptionis q̃tūcunq; prima facie ltĩmè nõ iuſtificat̃ pp̄ hoc ipſa appl̃o niſi poſtea corã iudice appl̃onis ꝓbet̃ de veritate cãæ appl̃onis, & ſic illã exceptionē fuiſſe verã, & ita dēt intelligi, & limitari tex. ſ̃. c. ꝓx. & in c. ex parte R. cū alijs ſilib. ſ̃m Inn. hic, cū promptum ſit leges legib. concordare. l.j. C. de inoff. do. c. cū expediat. de elect. in 6. & ita ꝓbat̃ hic in tex. ¶ Ex quo infert̃ alia, & ſecunda no. rl̃a, ꝙ iudex nõ dr̄ grauare partē ex hoc ſolo, ꝙ eius exceptionē legitimã nõ admiſit, potuit.n. licite eū repellere putãdo illã eſſe falſam: & ideo ad hoc vt iudex dicat̃ grauaſſe requirit̃ poſtea ꝙ probetur de veritate cauſæ grauaminis ipſius appl̃onis, alias non diceret̃ eſſe iuſtificata appellatio: & ita ēt tenet Lap. in ſua allegatione. 2. col. 2. per hunc tex. & c. ex parte A. ſ̃. de teſt. ¶ Tertio tene mēti aliã notabilem regulam, ꝙ in facultate iudicis eſt admittere vel repellere exceptiones partis; qa licet ex ſola admiſſione vel repulſione poſſit appellari, vt ſ̃. c. ꝓx. & c. ex parte R. & cle. fi. e. ti. tñ ex hoc ſolo, ꝙ iudex exceptiones ltĩmas reijcit non infert̃ grauamen iuſtificatiuū ipſius appellationis niſi aliter de veritate ipſius exceptionis ꝓbet̃, vt hic ī tex. & in d. c. ex parte A. & hęc faciūt ꝓ illo notabili dicto Inn. in c. poſt electionē. ſ̃. de ↄceſſ. ꝓb. dicētis, ꝙ licet prima facie appareat exceptio rõnabilis, & ltĩma, tñ qñ i iudex vehemēter ſuſpicat̃, ꝙ nõ ſit vera, poterit iudex hmõi exceptionib. nõ admiſſis ſñiam proferre, nec dēt iudex timere appl̃onē, qa pp̄ hoc ꝙ exceptiões prĩa facie ltĩmas nõ admiſerit, nõ caſſabit̃ ſñia niſi ī cã appl̃onis probet̃ de veritate ipſius exceptionis, vt hic in tex. & loqt̃ Inn. qñ iudex vehementer ſuſpicat̃: alias ēt ſi ↄ̃ opponentē faceret aliqualis ꝓſumptio, dūmõ nõ ſit vehemēs nõ dēt pp̄ hoc iudex deuiare a tramite iuris, ſed in dubio potius exceptiones admittere, & ita tex. no. in c. licet cãm, poſt prin. ſ̃. de ꝓba. & adde notabilē cautelam qñ iudex vehemēter ſuſpicat̃, ꝙ pars calūnioſè petat vł opponat põt eã aſtringere ad certã pęnã ſi in probõne defecerit. ita voluit ſing. Io. An. in c. qđ ſicut. in fi. ſ̃. de ele. facit. ſ̃. de do. & cõt. c. finē litib. vbi tex. & vide alias ꝑ gl. no. in c. ſtatutū. ī fi. de reſcr. li. 6. ¶ Quarto, & vltimo tene mēti aliã ſingularē regulã, ꝙ eoipſo, ꝙ exceptio vel alia petitio prima facie ltĩma ꝓponit̃ corã iudice, & offertur ꝓbõ ſi iudex tūc nõ admittit, ſtatim & ipſo facto cēſet̃ iuſtificata appellatio, ita ꝙ ſufficit corã iudice appl̃onis ꝓbare exceptionē ltĩmã fuiſſe propoſitã, & ꝙ iudex exceptionē ꝓpoſitã, & oblatã ꝓbõnem nõ admittit. ita tex. hic vnicus ī iure, & ad hoc ſp̄ allegat̃. rõ diuerſitatis huius vltimi dicti, & primi dicti. ſ̃. in primo notabili, eſt ſ̃m Inn. hic qa cã immediata appellationis eſt ipſum grauamē, vt ſ̃. e. c. vt debitus. ſed ſola repulſione exceptiõis licet prima facie ltĩma, & ꝓbabilis nõ infert̃ neceſſario grauamē, quia cū iudex hēat repellere malitiã litigantiū. l. qdã exiſtimauerunt. ff. ſi cer. pet. & in cle. j. de re iud. potuit iudex moueri ex iuſta cã ad talē exceptionē reijciendã cū ſępe occurrat, ꝙ exceptio in ſe apparet ltĩma, tñ nõ eſt vera, vt dicit tex. in c. j. de excep. in 6. iõ eſt, ꝙ ex ſola repulſione nõ dr̄ illatū grauamē ſi iudex exceptionē falſam credebat, & in dubio pręſumit̃ ꝓ facto iudicis. c. ſicut. ſ̃. ti. ꝓx. & in dubio ꝓſumit̃, ꝙ nulla exceptio ſit vera. ita tex. no. in l. oēs. de in inte. reſti. ſ̃m Bal. hic: ſed qñ poſtea corã iudice appellationis probatur veritas ipſius exceptionis, tūc eſt ꝙ ↄſtat iudicem grauaſſe, & male motū fuiſſe ad reijciendū, & ita procedat rõ primi, ſecundi, & tertij no. ſ̃. verū quando excipiens obtulit probare, tunc iudex nõ admittēs nõ hēt aliquã excuſationē cū oĩs ꝓſumptio malitiæ q̃ eſt ſubeſſe poſſit ↄ̃ excipiētem purgat̃ quando offert probõnē. ff. vt in poſ. le. l. ſi is a quo. & in c. literas. ſ̃. de reſt. ſpo. cū in mora modici tpis non ſit ꝓiudiciū. ff. de iud. l. ſi debitori. vnde, qa iudex reijcit oblatã probõnem oſtendit ipſo facto ſuam iniquitatē ↄ̃ recipientē: ideo eſt, ꝙ ſufficit hoc ſolū probare ad iuſtificandū appellationē dato, ꝙ aliter non probet̃ veritas ipſius exceptiõis, vt hr̄ in tex. & ita Inn. no. ī c. poſt electionē, in fi. & iſta eſt rõ vltimi no. huius, licet ergo excipiens nõ hēat offerre ꝓbationem, ſed ex ſuperabūdãti offerat eã, vt l. 2. §. j. ff. quo. leg. & l. 3. §. ibidē. ff. ad exhi. ſed ipſe iudex dēt reqrere probõnem aſſignãdo terminū ad ꝓbandū. ar. c. prudentiã. §. 6. ſ̃. de offi. dele. & in c. veniens. el 2. ſ̃. de teſt. optima cautela eſt, ꝙ ſi pars velit releuari ab onere ꝓbãdi in cã appl̃onis ꝙ vltro ex ſe offerat probõnem. tūc.n. ſi nõ admittit̃ per iudicem ſiue eius exceptio fuerit vera, ſeu falſa ſtatim eſt iuſtificata appellatio eoipſo ꝙ conſtat pp̄ exceptionem ꝓpoſitã, & oblatam probationem non admiſſam appellationem: nec eſt opus probare de veritate cãę appellationis imo ēt ſi vera non fuiſſet exceptio nõ nocet ſ̃m Inn. hic, ī prin. dicentem ita ꝓbari ꝑ hunc tex. & ita ſeqtur hic Imo. in princ. qđ ꝑpetuò tene menti: & intellige, ꝙ primo offerat ſe ꝓbaturū, & poſtea appellet pp̄ exceptionem, & oblatã ꝓbõnem non admiſſam, alioqn ſi primo appellat, & poſtea ī appellatiõe vel aliter offerat ſe probaturū non hēt locū hæc vltima rl̃a huius tex. ſed prima. ſ̃. qa oporteret tūc ꝓbare de veritate cãæ appl̃onis ſeu exceptionis ſ̃m Spe. eo. ti. §. qualiter. col. 6. in fi. in ver.
2 forma, qa me. ¶ † In gl. 2. in prin. ꝓ declarõne primę ꝑtis huius tex. & rl̃æ traditæ. ſ̃. in j. notabili. Aduerte, & limita primã regulã huius tex. nõ hr̄e locū ī exceptione recuſationis, qa recuſat̃ iudex oppoſita ltĩma cã recuſationis ſi ea nõ obſtãte iudex procedat in cã principali, & ex hoc appellet̃, cenſet̃ ipſo facto iuſtificata appellatio, licet aliter poſtea in appellatione non ꝓbetur cãs recuſationis fuiſſe veras, & licet aliter nõ fuerit oblata probatio. non.n. eſt neceſſarium offerre probõnem coram iudice recuſato, quia recuſans iudicem nõ tenetur probõnes facere coram eo. c. cum ſpeciali. ſ̃. eo. & ideo non ob. text. hic quia loquit̃ caſu quo coram ipſo iudice habet fieri probatum. tūc eſt qđ dēt offerri ipſa probõ, & ita hæc limitatio probatur per tex. no. in c. ſuper quæſtionum. §. fi. ſupra de offi. deleg. vbi nulla fuit oblata probatio, & ita ſequit̃ Inn. in d. c. cum ſpãli. & Imo. ibi colū. 9. & hoc etiam ſequitur Lap. in ſua allegatione col. 2. de quo articulo vide plenius dicta in d. c. cum ſpeciali. in fi. principij. ¶ Secūdo limita primam regulam huius text. in prin. procedere præterq̃ in oĩbus caſibus in quibus grauamen illatum non ſubiacet probationi, puta ſi denegētur induciæ deliberatoriæ, vel ſi deneget̃ copia ſententiæ vel aliorū actorū: his caſibus, & ſimilibus in quibus non poteſt offerri probatio iuſtifi-

iuſtificatur appl'o etiam ſi aliter non obtulit ſe probaturũ gra
uamen in prædictis,& ēt ſi non probet̃ alia veritas grauaminis
niſi,quia nõ fuit admiſſa petitio partis quæ erat de iure admit
tenda,& ita Inno.hic ſuper verbo probaturus,de quo eſt text.
in c.G.perpetuus.s̃.de fi.inſt.& ita ſequunt̃ hic doc. ¶Tertio
limita,quia oĩ caſu quo cã grauaminis detegit̃ per ſolas allega
tiones iuris abſq; alia probõne facti, aut ſi cã grauaminis appa
reat ex iuris præſumptione,tunc vr̃ incontinenti iuſtificata ap
pellatio cũ cõſtet de veritate cãę grauaminis per ſolas allega-
tiones iuris, & hæc limitatio põt exemplificari multis modis,
puta interloquitur iudex aliquem torquendũ vel carcerandũ
vel ſequeſtrationē fiendã cum iſta oĩa ſint rr̃ a iure prohibita
cõſtat de veritate grauaminis iuris præſumptione: ideo ſtatim
intelligit̃ iuſtificata appl'o niſi per aduerſam partē ↄ̃rium pro-
betur,& ita Bal.in l.minorib.C.de his quib.vt indig. ſic intelli
ge dictũ Inno.in c.2.in fi.de no.ope.nuncia.& idem vbicunq;
appellatur ex cauſa notoria vel tali quæ fundat intentionem
appellantis de iure cõi per no.in c.bonæ.s̃.eo. & in c.ad deci-
mas.de reſti.ſpo.in 6.ſtatim.n.cenſetur iuſtificata in his appel
latio ſm Imo.hic col. 2. quia notoriũ iuris vel facti releuat ab
onere probandi.l.emptorem.in prin.cũ ibi no.ff. de act.emp.
licet non releuet ab onere allegandi,& ꝓponēdi,qa notorium
dēt allegari ſm gl.ſing.in cle.appellãti.e.ti.& per doc.in c.ac-
dēs.el j.s̃.vt lit.non cõte.Itē exemplifica pone, ꝙ petit̃ quarta
dilatio cũ ſolēnitate legali, ſtatim diceret̃ iuſtificata appl'o ſi
ꝑ iudicē nõ admittat̃. petitio partis quæ erat iure cõi fundata
ſm Inn.in c.ſignificauerũt.s̃.de teſt.& in c.vltra tertiã. s̃.de te
ſtib.& idē ſi petat̃ declarari libellus generalis qñ eēt obſcurus,
& incertus ſtatim dr̃ iuſtificata appl'o ſi iudex nõ cogit partem
ad declarãdũ.ita tex.in c.ſignificãtib.s̃.e.& s̃.de lib.ob.c.ſigni
ficantib.¶Quarto limita,qa oĩ caſu quo intētio excipiētis eſ-
ſet iure cõi fundata,puta ↄ̃ petētē decimas ĩ alterius parochia
rector ipſius parochiæ excipit, ꝙ ſibi nõ debent̃,cũ de iure nõ
poſsit decimas in dicto loco percipere : tũc.n. ſi talis exceptio
non admitteret̃ ꝑ iudicē, & ꝑꝑ hoc appellet̃,nõ erit neceſſe ad
obtinēdũ in cã appl'onis,ꝙ fiat alia probõ,dũmodo conſtet,ꝙ
ſit j.limites parochiæ ipſius rectoris excipiētis,& appellãtis,&
hoc niſi ꝑ partē aduerſam probet̃ ↄ̃riũ, & ita voluit Imo. hic
poſt But. & idē foret ſi qs diceret collationē beneficij pertine
re ad eũ,& nõ ad diœceſanũ, & ipſe diœceſanus excipiat,ꝙ ē ĩ
ſua diœceſi,qa cũ ius cõe fundet intētionem diœceſani cũ ad
eũ ſpectet de iure cõi collatio eccleſiarũ ſuę diœceſis. s̃.eo.c.
bonæ.64.diſ.ſi in plebib. j̃.de inſti.c.cũ veniſſent. & hoc niſi ꝑ
partē aduerſam ↄ̃rium ꝓbet̃, alias ſtatim diceret̃ iuſtificata ap
pellatio diœceſani ſm doc.hic.¶Quinto limita, quia oĩ caſu
quo ↄſtat ex iuris diſpõne appl'onē fore legitimã,puta ſi eſt ap
pellatũ a diffinitiua,& qa illa nõ fuerit admiſſa iterũ appellat̃.
Nã cēſetur iuſtificata talis appellatio a iure eoipſo, ꝙ appl'o a
diffinitiua nõ admittit̃.c.j.§.his,q̃.& c.cum appl'onib.eo.ti.in
6.& in c.non ſolũ.in prin.ſm Hoſt. Io.An.& alios docto.facit
l. ſi cuius.ff.de app.reci.¶Tu intellige niſi appelletur in caſib.
a iure prohibitis ſm ea q̃ habētur in c.Romana.§.quod ſi obij
ciatur.eo.ti.in 6.de quo dic,vt ibi,& prout in ſimili dicet̃. j̃.de
cl'a,appl'one remota.¶ Sexto limita niſi iudex a quo appellat̃
ſit veriſimiliter informatus de veritate exceptionis ſeu cauſæ
appl'onis:tũc.n.ſtatim intell'r iſtificata appl'o,vt no.in ca. cum
cãm.s̃.de offi.deleg.& in c.ſi duob.s̃.eo.¶Septimo limita niſi
conſtaret de ipſa exceptione, & eius veritate ꝑ cõfeſsionē par
tis factã corã iudice a quo,tũc ſtatim intelligitur iuſtificata ap-
3 pellatio,vt in c.dilecto.s̃.e.¶†Octauo ex prædictis.s̃.in quarta
& quinta limitatione,hēs generaliter limitare hũc tex.oĩ caſu
quo excipiēs vel aliqd petēs hēt ꝓ̃ſumptionē iuris ↄ̃ ſe.tunc.n.
nõ hēt locũ diſpõ huius tex.& oblatio probõnis nihil operare
tur,ſed dēt in appl'one ꝓbari de veritate ipſius cãę appl'onis &
ita tex.in c.j.de his q̃ fi.a ma.par.ca.& ita But.& Imo.ibi,ĩ prĩ.
non intelligitur a ſtatuto excluſa.bene facit quod no.Barto.&
134 Bal.in l.diuus.ff.de teſta.mili.vbi hæc tenēt.†imo plus voluit
Aug.in ſuo conſi.184.q incipit.In Dei noīe,& ſuæ matris Vir
ginis glorioſę amen.viſa narratione facti, in fi.quod etiam ſi
aliquis iuraſſet non dicere laudum arbitratoris vel ſnīam arbi
tri ſeu iudicis nullam,tn̄ poterit allegare nullitatem qn̄ cauſat
a defectu iuriſdōnis ſeu ptātis arbitro vel iudici attributæ: qa
ad talem nullitatem iurm generaliter præſtitum non extendi
tur. de quo vide plene dicta ſ. in q.50.in verſic.quarto limita.
135 ¶†Sexto limita,quia licet excludat,& tollat præciſe nullitatē
vel exceptionem nullitatis, reſtringitur tale ſtatutum, vt non
b includat nullitatem prouenietem ex defectu iuriſditionis [b] qn̄
iudex fuiſſet ipſo iure incompetens.ita gl. ordi. & fin. in cle.j.
in fi.de ſeque.poſ.& fruc.quam gl.& eius determinationem ſe
quitur But.& Imo.in d.c.Item cum quis. & ca. ex parte A. 2.
de offi. deleg.& Bal.in l.exceptionem. C. de proba.ad fi. & ita
conſuluit Ang.ſuo conſi.211.quod incipit,mortuo debitore.
& in ſuo cōſi.213.quod incipit.D.Culielmina.idem etiam ſe-
quitur Ang.Imo.& Lud.de Vrbe,in l.de pupillo. §. qui opus.
ff.de no.ope.nunc.& Ang.in d.§.qui prouocauit.ſed aduerte,
qa gl.in verbo vt pendente. in cle.vt calūnijs, de re iu. videtur
directe contraria,tenens quod exceptio nullitatis cauſata a de
fectu iuriſdōnis videatur ſublata.quarę But.ibi reducendo gl.
iſtas ad concordiam dicit quod gl.ibi procedit quando agitur
de temporali præiudicio ſeu dilatorio,quia nō nōb. exceptio-
ne nullitatis ex defectu iuriſdōnis fiet executio.cū facta execu
tione poterit poſtea dici de nullitate principal'r, ſecus vbi de
alio præiudicio ageretur. & ita intelligitur gl. in d.cle. j.de ſe-
queſ.poſ.& fruc.& ita ſequitur Imo.in d.cle.vt calumnijs. ſed
certe in d.clem.j.agebatur de præiudicio temporali. ſ. ſeque-
ſtrationis quæ durat vſquequo liqueat de iuſtitia alterius par-
tis.& tamen ibi gl.voluit quod nullitas ex defectu iuriſdictio-
nis impediat ſequeſtrationem,licet alia nullitas non impedi-
ret.quare Petrus de Ancha. in d.cle. vt calumnijs,dicit quod
gl.ibi non eſt vera,& non procedit,quia poſſet dici de nullita-
te,vt no.doct.in d.cap. ex parte A.de teſt.& per gl.in cle.ſi an-
te, de dolo & contuma.poſt medium gl. magnæ.ꝓcedit enim
text.in d.cle.vt calumnijs qn̄ applō ab interlocutoria pende-
ret,ſecus ſi iam eſſet deciſa cauſa appellationis ab interlocuto-
ria pro appellante,& a tali deciſione non eſſet appellatum.tūc
enim notorie conſtaret de nullitate ſententiæ ex defectu iuriſ
ditionis,quæ nullitas non intelligitur excluſa per illam clem.
vt calumnijs,ſed Imo.in d.l.ſi expreſsim.col.30.alio modo ſal
uat gl.ibi, dicendo quod procedit in caſu illius clem. propter
magnam præſumptionem eius qui habuit tres ſententias con
formes contra ſe,alias regulariter procedat gl. in d.cle.j. Vlti-
mo ſm Imo.poteſt dici,q gl. in d.cle.j.procedit qn̄ ille qui tu-
lit ſnīam ipſo iure,erat incompetēs, ſecus ſi ſit lata ab eo qui
non carebat fundus iuriſdictione, vt cōtingit in caſu d. cle.vt
calumnijs. alias ſecus in eo qui iuriſditionem habuiſſet licet
ſuſpenſam.& ita gl.in d.cle.vt calumnijs.facit gl. in ver. com-
petente.in clem.j.vt li.pen.licet enim iuriſdictio ſit ſuſpenſa
tn̄ illam habet in habitu.facit c.cum appellationibus friuolis
& ibi gl.de app.in 6.& ex prædictis habetis plenā declarationē,
& intellectum ad dictas gl.quæ prima facie videntur cōtrarię.
an.ſ.poſsit dici de nullitate prouenietē ex defectu iuriſdōnis.
196 ¶†Septimo limita niſi nullitas cauſetur a dolo partis,& forte
participantis cum iudice corrupto, quia de tali nullitate non
debet intelligi ſtatutum ſecundum Ange.in d.§.qui prouoca-
uit.& idem ſi per dolum partis vel iudicis cōtra abſentem. ita
no.Bal.in c.paſtoralis.§.fi.de offic.deleg.per ea quæ habentur
in l.ſi prætor.§. Marcel.ff.de iudi.quia de nullitate non debet
intelligi ſtatutum.& ita etiam ſecutus eſt Ang.ſuo conſi. 306.
quod incipit,vtrum per ſtatutum,in fi.& ſuo conſi. 197.quod
incipit A.& B.contraxerunt.& vide plene per But.in ca.cum
Bertol.de re iudi.in pen.charta.in ver. ſextus caſus. & ibi per
Imo.col.10.in ver.tertius eſt intellectus. & in pen. charta cir-
ca medium,& ex prædictis patere poteſt intellectus d.l. p̄tor.
c §.Marcellus.[c] †Octauo limita niſi ſit talis nullitas patens ex in
137 ſpectione ipſius ſententiæ ab expreſſo iuris errore ſeu propter
intolerabilem errorem patentem,quia talis nullitas non intel
ligitur excluſa,vt in ca.per tuas.de ſen.excom. & d.l.ſi expreſ-
ſim.& l.2.C.qn̄ prouo.& c.j.de re iud.& ibi Bal.& Ang.in d.§.
qui prouocauit. & hoc abſque dubio procedit qn̄ error ſen-
tentiæ deprehenditur abſque actis ſeu actorum relatione. &
But.in c.cum Ber.de re iudi.in pe.char.in prin.in ver.quintus
138 caſus.facit.c.inter cæteras.cum ibi no.per doct.de re iu. †pro
quo etiam glo.in l.j.§.ſiue ſupreme.ff.de tab.exhi.vbi lex dicit
quod petenti exhibitionem teſtamēti non pōt opponi aliqua
nullitas. & tamen hoc intelligitur niſi ſit nullitas proueniens
ſeu patens ex inſpectione ipſius teſtī:non enim videtur ſtatu-
tum tollere exceptionem ſeu oppoſitionem eorum quæ facit
& producit ipſemet agens vel producens ſententiam vel acta.
ita tex.nota.in l.veteres. in fi.ff.de iti.actu.priua.& Bar.in l.eū
139 qui ita.ff.de verb.obl.& Bal.in l.ex prædijs.C.de euic.† & hoc
quando nullitas eſt euidens ex ipſo tenore ſententiæ. abſque
relatione actorum. quid autem ſi nullitas non eſt euidens ex
ipſo tenore ſententiæ,ſed per relationem ad acta,cōſidera plu
res caſus.aliquando refert ſe expreſſe ad acta, & tunc propter
talem expreſſam relationem vitium ſeu nullitas actorum cen
ſetur ineſſe in ipſa ſententia.l.ait prætor. §.j.ff.de re iudi.l.j.§.
j.ff.quę ſen.ſine ap.reſcin.& de tali nullitate poterit dici,quaſi
dicatur tunc ſententia notoriè nulla. l. pen. de ſenten. quę ſi.
cer.quan.& eſt tex.in d.c.cum Bertol. ibi,ex tenore ſententię,
&c.& ibi Pan.col.2.& ita tenet Inno.ibi, & ita videtur reſide-
re ibi But.in ver.quintus caſus, vbi tamen remittit ſe ad nota.
per eum in c.quoniam contra.de probat. & ibi idem tenet in
pen.colum.Cyn.& Bar.in d.l.j.C.de errore calcu.& Pa.in d.c.
inter cæteras,& in d.c.cum Ber.colum. 13. & in d.c.quoniam
140 contra,col.16.¶†Aliquando,& ſecundo ſententia non conti
net errorem patentem ex tenore ſententię,nec refert ſe ad a-
cta expreſſe,& tunc ſi producantur acta, & appareat de noto-
ria nullitate quæ colligitur ex actis,conſidera quod aut acta ꝓ
ducuntur altera parte non contradicente.tunc ſi quęratur de
nullitate quæ colligitur ex actis reſpectu proceſſus, vt quia ſit
lata ſententia die feriata vel alia hora vel alio loco quàm in ci
tatione eſſet expreſſum vel iudice non ſedente pro tribunali
vel ſine ſcripti recitatione vel litis conteſtatione, & his caſib.
cum ex actis reſultet notorium,vt eſt tex.in c.cum olim,in fi.j.
de ver.ſigni.& ita etiam tradit Inn. in c.ex inſinuatione. ſ. eo.
& in c.per tuas.ſ.de teſtib.talis notoria nullitas non videretur
excluſa ex quo de ea non conſtat per acta parte non contradi-
cente:& fortius ſi de notoria nullitate conſtaret per confeſ-
ſionem partis, ex qua confeſsione ſimiliter reſultat notorium.
c.fi.j.de coha.cle.per Inn.in c.quia plerique.j.de immu.eccle.
& his caſibus procedat id quod dicitur q nunquā cenſetur ex-
cluſa nullitas noteria.facit cap.ſolicitudinem.§.ſi notorium.
ſ.c. & d.cle.paſtoralis. §. Piſana. & ſic omni caſu non videtur
excluſa nullitas notoria ex actis ſeu ex alijs probationib. par-
te non contradicente.& ita Innocen.in ca. ex ratione. ſ. eod.
& in c.cum dilecta.ſ.de reſcr.& in d.c.cum Ber.& ſatis proba-
tur ex his quę dicit But.in d.c.quoniam contra. in pen. & vlt.
col.&

ADDITIONES.

a Adde pro hac limitatione Ale.conſi.77.incipiente, redemptoris,&c.viſis dubitationibus in fi.in 3.vol.

b ¶Nullitas ex defectu iuriſdictionis non intelligitur ſaluata. vide gl. in clemē. j.de ſeq. poſ.& fru.& gl.in cle.j.de re iud.& no.

c ¶Vide Alex.conſi.77.incip.redemptoris,&c.viſis dubitationibus. in fi.colum. in tertio volumi.

col.& Imo.ibi, col.8.aliqñ & 3.acta producũtur ↄdicente par-
te, an tunc ſi cõſtat manifeſta nullitas ex actorum inſpectione
poſsit admitti talis nullitas, qñ reſpicit nullitatem ſnĩæ ſeu ꝓ-
141 ceſſus.†Bal.in l.j.C.ne lice.ter.prouo.col.j.in fi.dixit quod li-
cet lex vel ſtatutum tollat nullitatem, non intelligitur de nulli
tate notoria ſeu euidenti, & aliter nõ diſtinguit an pateat nul-
litas ex tenore ſententiæ vel actorum, & an acta ſint producta
ↄdicente parte vel non.& Ang.not.in l.ſi pars ff.de inoffi.teſt.
dixit iniquitatem ſeu nullitatem ſnĩę eſſe euitandam ſi cõſtat
ex actis.Tu conſidera quod quædam ſunt acta ad q̃ de neceſsi
tate refertur ſnĩa, vt eſt libellus.l.vt fundus.ff.communi. diui.
l.fi.ff.de fideiuſ. tunc videtur quod talis nullitas non intelliga
tur excluſa qñ ſnĩa non eſſet conformis libello ex quo ſnĩa ne
ceſſaria habet relationem ad libellum ſm Cy. & Bart.in d.l.j.
C.de er.cal.dicentem quod in ſententia appellationis quę de
neceſsitate refertur ad primam ſententiam, quia iudex appro
bat vel improbat eam, l.eos.in prin. C.eo.ti. 2.q.7.in fi. & hoc
caſu ſi in prima ſententia eſſet error expreſſus, ſecunda ſenten
tia ſimpliciter lata videtur eundem errorem continere. meri-
to eſſet nulla, vt l.j.§.j.ff.quæ ſen.ſi appel.reſcin.& de tali nul-
litate vr̃ poſſe dici qñ ſententia eſſet ſimpliciter confirmato-
ria primæ, ſecus videretur poſſe dici quando ex alia cauſa ↄfir
maret ipſam ſententiam.l.Titianus.ff.quod cum eo.c. Ioã.de
fide inſtrumentorum, & bene facit quod no. Pan.in d.c.inter
cæteras.col.3.in fi.& hęc ſunt notanda ad ſtatuta vel decreta
diſponentia, ꝙ quando ſunt duæ ſententię conformes nõ poſ
ſit dici de nullitate.Quædam vero ſunt acta ad quæ de neceſsi
tate non refertur ſententia, & producuntur parte altera cõtra-
dicente.& ex actis conſtat de nullitate an intelligatur excluſa
nullitas dicto caſu proueniens ex actorum inſpectione. Conſi
dera, ꝙ aut agitur de præiudicio temporali, puta quia ſtatutũ
vel decretũ diſponit ꝙ exceptio nullitatis nõ impediat execu
tionem ſententiæ, tamen non excludit ex poſt executionẽ poſ
ſe dici de nullitate principaliter agendo, & hoc caſu cũ agatur
de pręiudicio temporali intelligitur excluſa nullitas etiam no
toria quę conſtaret ex actis.& ita Imo.in d.clem.vt calumnijs
col.vlt.in princ.ſi vero executio eſſet irreuocabilis loquendo
in rebus temporalibus videretur, ꝙ tunc admittatur nullitas
notoria ex actorum inſpectione.Non ob. ꝙ ſint producta acta
contradicente altera parte quia non eſt præſumendum ſtatu-
tum vel decretum voluiſſe tollere nullitatem notoriam ex in-
ſpectione actorum.ideo enim ſtatutum tollit nullitatem pro-
pter præſumptam calumniam opponentium, vt lites abbre-
uientur, ſed in notorijs ceſſat calumnia, nec tunc prorogantur
lites ex quo notorie, & incontinenti conſtat, & iſta fuit ratio
Bal.in d.l.j.C.ne li.3.prouo.& tex.in c.cũ ceſſaute. & in d. cle.
vt calumnijs.quę ratio præſumitur fuiſſe ſi.ſtatuentium tollẽ
tium nullitatem.notorium enim videtur idem operari quod
expreſsio, & habetur ac ſi eſſet expreſſum.& ita dixit not.Inn.
in c.præſenti.de reſcrip.& ſic idem dicendum in caſu præce-
denti quando iudex expreſſe ſe retulit ad acta ex quo notoriũ
operat̃ ac ſi eſſet error exp̃ſſus.fac.no.dcm̃ Bal.ad hoc in l.fi.§.
ſed & ſi quis.C.cõia de le.col.4.in verſ.vel dic aut eſt exceſſus
dubius.& pro hac parte fa.quod no. Bar.in l.j.in 6. oppoſitio-
ne.ff.de no.ope.nun.vbi licet edictum prętoris iubeat abſolue
re nunciationi noui operis parendum eſſe, tamen vbi euiden-
ter cõſtaret illam eſſe calumnioſam poteſt ſperni, & edictũ prę
toris ad illũ caſum non extenditur.ita ergo dicendum in ſtatu
to vel decreto, vt ſic ad notoriam nullitatem per inſpectionẽ
actorum non extendat̃.fa.quod no.Bal.in l.ſi vnus.§.pactus ne
peteret.ff.de pac.& in l.vbi pactum.C.de tranſactio.vbi gl.no.
142 & ita Cum.in l.j.ff.de no.ope.nũ.†quia licet ſtatutum vel de-
cretum velit quod contra binas ſententias conformes nõ poſ
ſit dici de nullitate, tamen non intelligatur de nullitate noto-
ria ex actorum inſpectione, ſm eum ibi, ad idem bene facit de
terminatio Io.An.in add.Spe.ti.de ſent. §. vt autem, in addi.q̃
incip.vt ea.vbi voluit ꝙ ſtatutum non extendatur ad eum ca-
ſum nullitatis de qua conſtaret ex inſpectione actorum. &
ita Imo.& Lud.de Vrbe, in l.de pupillo. §.qui opus. ff.de noui
ope.nun.& bene fa.gl.Inno.& doct.in c. fraternitatis. j̃. de fri.
poſſunt ergo produci acta etiam parte contradicente ad oſten
dendum de nullitate ſententiæ reſpectu proceſſus quando in-
continenti, & notorie per inſpectionem actorum apparet nul
litas, pro quo tex.& But. in c.j.in prin.s̃.de li.conteſt.& in c.cũ
ad ſedem.in fi.de reſt.ſpo.& ibi But. in antep.char. in fi. & per
Bar.in l.ij qui ad ciuilia. C.de appel.& in l.j.C.vt cau. poſt pu-
ber.tu.adſit.idem tenet gl.fina.in d.ca.quoniam contra.& ibi
Io.An.ſuper d.gl.& hoc idem But.ibi in penul.charta in fi.vbi
hoc expreſſe concluditur, & idem Imo.col.6.in prin.& colũ.8.
idem tenet Spe.in tit.de proba.§.j.circa prin.verſi.ſequitur vi-
dere de negatiua.ita quod ex productione actorum dicitur no
torie conſtare de nullitate ſententiæ, & facit tex.in c. dudum.

a el.2.s̃.de ele. & intellige[a] prædicta quando vere eſſet notoria
nullitas non autem de ea, quæ haberet diſputationẽ, & de qua
poſſet reuocari in dubium. multa enim allegantur notoria q̃
non ſunt, dicit textus nota.in c.cõſuluit, el j.s̃.eodem, & ideo
quando nullitas eſſet velata, & poſſet habere dubitationẽ, &
diſputationem partium, licet ex actis tamen non debet admit
ti, vt per Bal.in l.data opera.C.qui accuſ.non poſ.in vlt. char-
ta, in prin.vbi conſiderat an nullitas ſit velata vel patens.debet
ergo intelligi de tali nullitate notoria q̃ aliqua negatione du-
bia obfuſcari non poſsit.c.fi.j̃.de coha.cle.quid autem ſi in d.
caſib. non allegatur nullitas, ſed allegatur manifeſta iniuſti-
tia, & iniquitas, quæ colligitur ex inſpectione actorum in caſu
in quo ſnĩa non eſt nulla ex ordine proceſſus, ſed ſolum rõne
iniuſtitię, non videtur quod talis nullitas admittatur, & impu
tandum videtur parti quę non appellauit a ſententia. l. ab eo.
C.qũo & qñ iu.& Pan.in d.ca.inter cæteras. col.4. & fa. quod
no.Butr.in d.c.qm̃ ↄ.col.pe.& fi.& ibi per Imo.col.7.alias ſta-
tutum vel decretum nihil operaretur, de quo tamen vide ple-
143 ne.j̃.in ver.55.quæritur. ¶ † Quinquageſimotertio quæritur
quid eſt talis nullitas quæ conſtat propter falſitatem cauſę in
ipſa ſententia expreſſę, & nõ ex alia nullitate actorum, vide de
hoc articulo per doct.in d.c.inter cæteras.& abſque dubio di-
cendum eſſet quod talis nullitas non ſit excluſa quando exp̃ſ-
ſio cauſę contineret errorem iuris, quia tunc diceretur exp̃ſ-
ſus in ſnĩa.ſi autem cõtineret errorẽ, & facilitatẽ facti.& tunc
ſi refert ſe ad acta. & idem qñ appareret manifeſta nullitas
vel iniuſtitia per inſpectionem actorum, vt s̃.alias vero de hoc
dicendum eſt, vt per Bar.& alios in l.ſi is ad quem. ff.de acqui.
144 hære.†& per Pan.in d.c.inter cæteras.col.4. & in c.j.eo.tit.de
re iud.vbi inter alia ſingulariter dixit, col.4.quod ſi in ſnĩa fue
rint expreſſę duæ cauſæ quarum vna continet expreſſum iuris
errorem, alia cauſa non expreſſa non eſt ↄ ius, hoc caſu ſnĩa nõ
eſſet nulla, ſed ſuſtinetur tunc rõne alterius cauſæ quæ non eſt
ↄ ius.iſta fuit ſing.doct.Inn.in c.in præſentia.s̃.de renuncia.&
Io.An.in c.cum inter.s̃.de re iudi. ꝓ quo bonus tex.in ca. per
tuas.in fi. qui fi. ſint le.ex quo enim iudex exp̃ſsit duas cauſas
non vr̃ ſe fundaſſe ſuper vna tantum.ſatis eſt quod ſnĩa poſsit
iuſtificari ex alia cauſa quæ non eſt ↄ ius, vt ſic res potius va-
145 leat quam pereat, vt j̃.de verb.ſigni.ca.abbate.l.quoties. ff.de
reb.dub.& procedunt prędicta etiam ſi altera cã expreſſa eſſet
ↄ ius litigatoris, quia imputandum eſt parti non appellanti, vt
per Pan.in d.c.j.de re iud.in 4.& 5.col.quod tene menti. & ad
de quod ſententia quæ potuit ferri ex cauſa rationabili nõ iu-
ſtificetur ſi eſt lata ex cauſa rationabili, & hoc ꝑꝑ vitium ſentẽ
tię.ff.de excu.tuto.l.qui teſtõ.limita niſi a ſententia ſit appella
tum: tunc enim iudex appellationis poteſt emendare cauſam,
& reformare ſentẽtiam, vt in l.Titianus.& ibi per Bar.& alios.
ff.quod cum eo.& ita Bal.in addi.Spec.ti.de ſenten. in charta
3.in ver.ſententia quæ potuit. & de ſententia lata ex cauſa vi.
146 s̃.in c.cõſtitutus.el 3.col.5.in ver.tertia ſolutio.¶†Quinqua-
geſimoquarto quærit̃ de quæſtione ſing.& ſæpe in practica di
ſponit ſtatutum, & decretum quod pars quæ ſuccubuit teneat̃
appellare vel ſententiam nullam dicere.j̃. terminum 4. dierũ
& non vltra audiatur.dubitatur de qua nullitate intelligatur.
d.ſtatutum & an poſt terminum poſsit vlterius dici, & excipi
de nullitate ſententiæ, ſuper qua difficultate videretur primo
dicendum quod ex quo ſtatutum dicto caſu non tollit nullita-
tem, ſed limitat tp̃s proponendi, & dicendi, & ipſum tp̃s eſt de
iure poſitiuo, & ſic poteſt diminui per ſtatutum.l.j.§.biduum.
cum ibi no.ff. quando ap.ſit.& 2.q.6. biduũ. ↄñr poſt termi-
num a ſtatuto limitatũ nullitas deduci non poſset.ca. fi.& ibi
Inn.q ma.ac.poſ.l.ſcire oportet.§.pe.& §.ſufficit. ff.de exc.tu.
vbi tradit Bald.quod vltra terminum ſtatuti non licet aliquid
proponere, cum terminus ſtatuti habeat vim irrecuperabilis
peremptorij.permiſſa ergo nullitate ad tempus cenſetur poſt
terminum probata, vt d.l.ſcire oportet.§.conſequens, & ibi ꝑ
Bal.& l.ſtatulib.§. Stichum. ff.de le.2. & fa. quod idem voluit
Bald. in l.j. qui admitti.vnde tranſacto termino ſtatuti non vr̃
amplius poſſe dici de nullitate maxime cum ſtatutum expreſ-
ſe hoc prohibeat dum dicit, & non vltra, & ſic a verbis ſta-
tuti non eſt recedendum.l.non aliter.ff.de leg.3.cum ſi.ſecun
147 do ad idem fa.nam ſi dicit ſtatutum, poſsit pars quę ſuccubue
rit, & quilibet alius cui de iure liceat appellare, vel nullum di-
cere.j̃.terminum 4.dierum a die latę ſententiæ, & non vltra.
certe videtur includi omnis modus etiam per viam excipien-
di, quia quãdo id quod debet proponi per viam agendi, eſt cer
tum tempus ſtatutum, non poteſt eo tranſacto proponi in mo
dum excipiendi.C.de non nu. pe.l.ſi intra. ff.de pec.l.quæſitũ
§.in

ADDITIO.

a ¶Adde Philip.Deci.in cap.ex parte. colum. 5. verſicu. quinto fallit. ſupra de offic.delega.Col.

§.in dolo.& l.Papinianus.§.ſi filius. ff.de inof. teſ.& l. necnõ,
§.exẽplo.ff.ex qui.ca.ma.aliter.n.circũueniretur diſpoſitio ſta
tuti qđ eſſe nõ dẽt.l.ſi.ff.ad exhi.& prohibita vna via,altera cõ
cederetur contra l.cum lex.ff.de fideiuſ. & regul. cum quid v-
148 na via,libro 6. †Et pro iuridica deci. huius ſingu. difficultatis
pręmittendum eſt primo quod de nullitate poteſt dici quinq;
modis,primo per viam appĺonis appellando a ſnĩa nulla.c.ex-
hibita.de iu.& hic in c.dilecto.& ĩ d.l.ſi expſſim.in ver.vnde ſi
qs.& ibi Bal.in l.j.in prin.C.de ſen.ex bre.& in l.j.C.qñ prouo.
col.5.Secũdo dr̃ de nullitate incidenter,& acceſſorie ad ipſam
appĺonem,cum in oĩ appĺone includatur,& veniat incidenter
& tacite cauſa nullitatis etiam ſi nulla ſit facta expreſſio nulli
tatis.ff.fa.erc.l. quædam mulier. ff.de iu.patr.l. Carmelia Pia,
Tertio dr̃ de nullitate ſimul,& vna cum appellatione expreſ-
ſe in eodem libello dicendo ſnĩam nullam, & ſi qua eſt appel-
lo,vt per gl.or.in d.l.j.C.qñ prouo.Quarto põt dici de nullita
te principaliter abſq; mixtura aliqua,& remedio aliquo appel
lationis diſtincte, & de per ſe per viam querelæ nullitatis offi-
cio iudicis principaliter per Inn.in c.2.de offi.iudi. Quinto dr̃
de nullitate per viam exceptionis.nam petita executione ſnĩę
poteſt excipi de nullitate.l.4.§.condemnatum.ff.de re iudi. &
149 l.fina.C.de ord.cõg.¶Secundo præmittendum eſt quod inter
ꝑdictos modos dicendi de nullitate magna eſt dr̃ia, & effectus
diuerſus reſultat,quia primis trib.præcedentib.modis.ſ.expſ-
ſis nullitas hẽt annexionem,& dependentiam cũ appĺone.ope
ratur.n. effectum deuolutiuũ ſicut ipſa appĺo. & ſic deuoluit
cãm nullitatis ad iudicem appĺonis cum alias ſi ſententia eſt
lata ab ordinario habet ipſemet de nullitate cognoſcere. l. ſi
vt proponis.cum ibi no. C.qũo & qñ iu.l.abſentẽ.C.de accuſ.
prout diſtincte eſt dictũ.ſ.& plenius in 27.qõ.vbi vide non ſic
ſi nullitas deducatur ſimul cum ipſa appellatione,tunc iudex
appellationis habet de ipſa nullitate cognoſcere, & non ipſe
ordinarius qui ſentẽtiam tulit.d.l.quædam mulier.& d.l.Car-
melia Pia. & ita Bal.in d.l.j.in prin.C.de ſenten. ex breui.reci.
patet ergo, quod nullitas annexa, & deducta cum ipſa appel-
latione iudicatur vt plurimum prout de ipſa appellatione,nõ
ſic quando ſeorſum deducitur abſque appellatione. tunc
enim habet diuerſum effectum,vt ſ.patet. Amplius, & ſecun-
do hoc idem oſtenditur,quia ſi nullitas deducitur ſimul cũ ip-
ſa appellatione operatur deuolutionem non ſolum cauſæ nul
litatis,ſed etiam negotij principalis.ita textus in d.c.exhibita.
in fi. & ibi per Imo.& Inn.in hoc c.dilecto, & d.de Rot.in de-
ciſi.361.quæ incipit,Item fuit dubitatum ſi appelletur, & ita
Arch.& Ioã.Andr.in c.fin.de re iu.in 6.verſicu.neceſſe, & per
Barto.in d.l.j.C.de ſenten.ex breuicu.reci.non ſic paſſim dicẽ
dum foret ſi intentatur nullitas principaliter,& ſeorſum ab ip
ſa appellatione,vt per Ange.in d.l.ſi expreſſim,& Imo.col.25.
& Bal.in d.l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pac.in 13.qõ.
Tertio hoc idem patet quia in trib. caſibus præmiſſis quando
nullitas deducitur cum appellatione adeo iudicatur de nullita
te prout de ipſa appellatione,quia impedit executionẽ, & om
nem innouationem.ita tex.in d.c.exhibita, & ita Cuma. in d.
l.ſi expreſſim.col.11.non ſic ſi nullitas deducatur ſeorſum ab
appellatione, quia niſi poſſit incontinenti probare non impe
dit executionem.l.fin.in fi.C.de ord.cog.& per Bar.in d.§.cõ-
demnatum.imo ſi nullitas ſeorſum ab appellatione principa-
a liter intentatur [a] non poteſt coram iudice execut. opponi ex-
ceptio litis primo pendentis ſuper ipſa nullitate. quia lite pen
dẽte ſuper ipſa nullitate principaliter mota ſeorſum ab appel
latione non impeditur executio,vt d.l.fi. C.de ordi. cog.& ibi
Bal.in fi.& in d.§.qui prouocauit.in ver.12.quæro.idem Ang.
in l.fi.C.ſi ex fal.inſtr.& in d.§. condemnatum. col.2. prout de
diuerſis effectibus reſultantibus ex nullitate quando habet an
nexionem cum appellatione ſeu quando proponitur cum ip-
ſa appĺone,vide plene dicta.ſ.in 9.& 10.q.cuius dicta,& diuer
150 ſitates hic adduci,& repeti debent diſtincte.†His ſic præmiſſis
aduerte qa ſunt ante oĩa cõſideranda diligenter verba ſtatuti
nã cõiter ſtatutũ diſponit per viam agendi dum dicit nõ poſ-
ſit pars quæ ſuccubuit appellare vel nullam dicere quod totũ
ſonat in viam agendi,& maxime ſi ſtatutum ſubderet,ꝙ appel
b lans vel nullã dicens debeat poſtea producere ſuum libellũ [b]
in ſcriptis vel aliter,& ſic per viam petitionis ꝯñr vr̃ dicẽdum
ꝙ tale ſtatutum non includit dicto caſu nullitatem quando ꝑ
viam exceptionis.l.verbum oportebit.ff.de ver.ſig.l.qui agni-
tis.ff.de excep.ꝯñr quando verba ſtatuti ſonant per viam agen
di abſq; alio dubio non excludunt defenſionem nullitatis per
viam exceptionis.& ita Bald.in l.peremptorias.C.ſen.reſcin.
non poſ.col.7.in ver.quæro. ſi ſtatutum dicit, ꝙ bannito non
detur actio.ad hoc enim vt intelligatur ſublata exceptio ꝑ ſta-
tutum eſt neceſſe quod expreſſe dicat agendo, & excipiendo.
vt ibi per Bal.in ver.ſe.fa.l.libertus a patrono. & ibi gl,& doct.
ff.de in ius vo.& ideo qñ verba ſtatuti ſonãt per modũ agendi
aut ꝑ modũ petitionis dicendum videtur, quod non includãt
nullitatem quæ deducitur per viam exceptionis vel defenſio-
151 nis.†Amplius ꝓ hac parte accedat regula à iure tradita quia
annalia ad agendum ſunt perpetua ad excipiendum.l.pure.in
fi.ff.de excep.do.l.licet.C.de excep.nullitas enim eſt defenſio
naturalis.ita Bal.in l.j.circa prin.& in ver.ex pręedictis collige
C.de iur.& fa.ign.& in l.ſcire oportet. §.fi.ff.de excu. tut. ideo
ius quod deducitur per modum defenſionis debet eſſe perem
ptum cum de nullitate poſſit excipi perpetuo,vt ſ. & Bal.in l.
data opera.C.qui accu.non poſ.in vlt.charta in prin.in ver.ſed
quid ſi bannitus dicit bannum nullum.maxime dicit Bal.quã
do nullitas eſſet patens,quia ſnĩa nulla nunquam conualeſcit,
& ius excipiendi erit perpetuum ſm̃ Bald.ibi,& pro hac deter-
minatione conſuluit Ang.conſi.291.quod incipit per D.Obi-
cinum, loquendo in terminis ſtatuti excludẽtis nullitatem,vt
non habeat locum nec intelligi debeat quãdo in via exceptio
nis,& defenſionis, quo caſu eſt mera defenſio. ca. cum inter.
de excep.& per Bal.in d.l.j.de iur.& fac.igno. & hæc ſit prima
deciſio,& determinatio ad dictum ſtatutum.Si vero quęratur
an nullitas in cauſa ſtatuti poſſit deduci poſt terminum ꝑ viã
agendi, videretur dicendum quod non quando ageret̃ de nul
litate in trib.caſibus.ſ.primo loco poſitis,ſecus in quarto caſu
& ſic quando nullitas deduceret̃ principaliter ſeorſum ab ap-
pellatione,& penitus abſq; appĺone:nam ſtatutum adęquans
appĺonem,& nullitatem pariter limitando tp̃s dẽt intelligi de
ea nullitate quæ cum ipſa appellatione proponitur ſeu quæ ip
ſi appellationi adhęret,& ſic in tribus caſib.iam dictis,non aũt
de ea nullitate quæ ſeorſum ab appellatione principaliter de-
duceretur,& ſic in quarto caſu.ſ.præmiſſo, & maxime quia ſi
ſtatuta diligenter conſiderentur loquuntur de nullitate quæ
cum appellatione ꝓponitur. Item cõiter rubricæ ſtatutorum
loquuntur de appĺonibus,ergo ſtatutum poſtea diſponens de
appĺonib.& nullitate ſimpliciter debet intelligi de nullitate,
quæ cum ipſa appellatione proponitur,& ipſi appellationi ad
hæret ſeu annexa eſt.Statuta enim debent recipere declaratio
nem a rubricis ipſorum ſtatutorũ. l. Imperatores. ff. de in diẽ
adiec.per gl.in c.j.de offi.deleg.in 6.& ita Bal. in rub.ſtatuto-
rum in l.2.ff. de ſta. ho. cum ergo rubricę ſtatutorum loquun
tur de appellationibus,& poſtea in nigro, & in text.ſtatuti fiat
mentio de appellatione,& nullitate ſimpliciter:neceſſario dẽt
intelligi quod ſtatutum de illa nullitate intelligatur quę hẽt
annexionem cum ipſa appellatione, & quæ cum ea deducit̃,
non autem de ea nullitate quæ ſeorſum, & ſeparatim abſque
appĺone deducitur, diuerſam naturam habente penitus ꝓut
patet in ſecundo euidentiali.ſ.facto.& ita Bar. loquẽdo de ſta
tutis in l.qui vina. §. cui dulcia.in fi. ff. de vino ole. & trit.leg.
quod debet intelligi ſm̃ qualitatem pręcedẽtium quib.adhę-
rẽt,& quia precedentia declarantur a ſequentib. & eꝯ, vt d.§.
cui dulcia.& in l.talis ſcriptura.ff.de leg.j.cum ſi.ideo ſi conſi-
derentur ſtatuta pręcedentia,& ſequentia apparet,ꝙ ſtatutum
intelligatur de ea nullitate quę cum appĺone deducitur, vnde
in his ſtatutis datur cõiter idem iudex appĺonis, & nullitatis,
idem terminus ad proſequendum & finiendum,& ex lapſu fa
talium remanet pariter deſerta appellatio, & nullitas. Ex qui
bus apparet quod ſtatutum intellexerit de ipſa nullitate quæ
cum ipſa appellatione annexa eſt,ſeu quę ineſt ipſi appellatio
ni,de qua cognoſcit iudex appellationis,& de ea nullitate quę
operatur effectus appĺonis habente maiorem ſĩĺitudinem cũ
ipſa appellatione prout eſt in tribus primis caſibus pręceden-
tib.quib.de nullitate dici põt,vt ſ.in primo euidentiali iam di
cto,non autem de illa nullitate oĩno ſeparata ab ipſa appĺone
de qua non hẽt cognoſcere iudex appellationis.& in qua nulli
tate eſt oĩno diuerſa rõ ab appĺone, & diuerſus effectus reſul-
tat,vt ſ.pro quo optime fa.no.Bal.in d.l.j.in prin. C.de ſentẽ.
ex bre.reci.quia ſi aliquis renunciat appellationi cenſetur re-
nunciaſſe nullitati quę cum ipſa appellatione deducitur, &
adheret,non autẽ de alia ſeparata. ita ergo dicendum in ſtatu
to inducente renũciationem,& deſertionem, vt intelligatur
ſolum de ipſa nullitate quę cum appellatione deducitur vt be
ne declarat Bal.in d.l.j.& pro hac determinatione fac.quia hu
iuſmodi ſtatuta ſunt exorbitantia a iure cõi.ideo ſunt reſtin-
genda,vt in re.quę a iure.de reg.iur.lib.6.vt ſic minus quã fie-
ri poteſt tollant defenſionem,vt per Bal.in d.l.j.C.de iu.& fa.
igno.& in d.l.ſcire oportet.§.fi.vbi optimus tex.& vt minus lę
dant ius commune.c.cum dilectus.de conſue. vbi hoc no.do-
cto.&

ADDITIONES.

a ¶Ad hoc quando nullitas ſeorſum intentatur ꝙ non impediat executionem. vide ſatis plene Do.Alex.conſi.83.incip.interrogatus ſum.ad finẽ,in 5.vol.

b ¶Idem tenet Alex.conſi.90.incipi.viſo inſtrumento.in 5.col.in 3.vol.vide tamen practicam Papinienſis in forma libelli,quando petitur executio ſentẽtiæ,vbi ſentit contrarium,ſed poteſt declarari vt per iſtos.

ctо.& ꝯſequenter, vt tale ſtatutum ſimpliciter loquens non in
cludat omnem modum agendi,& dicendi de nullitate,prout
in ſimili dictũ ẽ. ſ.in quinquageſima, & quinquageſimaſecũ-
da. q. Ex quibus omnibus concludendum videtur, ꝙ quan-
do nullitas eſſet manifeſta altero ex modis poſitis in limita-
tionibus.ſ.in q.52.ꝙ de talib. nullitatibus nõ dẽat intelligi ſta
tutum,qñ nullitas deducitur per viam excipiendi, aut qñ per
viam agendi principaliter ſeorſum, & diſtincte ab appellatio-
ne,& nullatenus annexionẽ aliquã cum ipſa appellatione ha-
bente,quia d.ſtatutũ dẽt ſic reſtringi,vt ad hos duos modos di
cendi de nullitate nõ extẽdatur, nec ad tales nullitates mani-
feſtas,de quibus in d.c.8.limitationibus.ſ. poſitis.fa. pro hac
intelligentia adducta.ſ.in 49.& 50.q.cũ ſuis limitationibus,q̃
oĩa adducta optime ꝯcludãt pro hac benigna intelligentia ip-
ſius ſtatuti.non ob.iura adducta.ſ.ꝓ ꝯ̃ria parte dũ primo dice-
batur,ꝙ ſi p̃figit tps ꝑ viã agẽdi nõ poſsit poſtea ꝑ viã excipiẽ-
di,qa certe hoc nõ eſt rł'r verũ,imo ꝯ̃riũ patet ꝑ rł'am d.l.j.in
fi.vbi ad agendum de dolo eſt p̃fixus terminus quadriẽnij, vt
l.fi.C.de dolo. & tamen terminus generalis a iure datus ad a-
gendum non includit caſum, quando per viam exceptionis,
& defenſionis.ad idem fa.d.l.licet,vbi ad agendum eſt limita-
tum tps anni,& tñ ad excipiendum durat perpetuo.nõ ob.d.l.
q̃ſitũ.§.in dolo.allegata pro ꝯ̃ria,qa ibi loquitur in reſtitutio-
ne,q̃ excluditur eodẽ tpe ſicut actio,ſecus in exceptione.& ita
gl.in d.l.pure.in fi.non ob.ꝙ hr̃ in l.nec non.§. exẽplo.ff.ex q.
cau.maio.& in l.fi.C.de temp.in integ.reſti.& in l.nam & po-
ſtea.§.ſi minor.ff.de iureiu.quia iõ in d.iuribus actio,& excep
tio limitanr̃ eodẽ tpe,quia nõ orir̃ exceptio anteq̃ ſit petita re
ſtõ,q̃ peti nõ põt poſt tps. iõ tollir̃ exceptio, qa eius natiuitas
impeditur,nõ ſic in exceptione nullitatis iam ortæ,& natæ.iõ
dẽt eſſe perpetua.nõ ob.l.Papinianus.§.ſi filius.ff.de inoffi.te.
quia qñ exceptio habet inſtar exceptionis dẽt ꝓponi eodẽ tpe
cũ actione.vnde querela ibi in modo ꝯdõnis appoſita hr̃,ac ſi
ageret,dicit tex.ibi.non mirũ ergo ſi excluſus tpe per viã agen
di cenſetur excluſus via excipiendi ſ'm Ang. ibi.non ſic cõtin-
git in defenſione nullitatis:vel aliter reſpõdere põt,qñ excep-
tio datur ad rumpendum,ſeu reſcindendum,ſicut actio, tunc
eodẽ tpe limitatur ſicut eſt in q̃rela; iõ eſt, quod exceptio ibi
hẽt vim actionis,vt d.§.ſi filius.ſecus vbi actus eſt nullus ipſo
iure, & exceptio non datur ad rumpendum. & ſic nõ hẽt vim
actionis,ſed hẽt vim nouæ defenſionis. iõ tũc eodẽ tpe nõ li-
mitar̃ exceptio,ſed eſt perpetua.& ita in effectu volũt Butr. &
Imo.in c.ſi autem. de reſcrip. & ita hoc anno conſului in ciui
tate Cremonæ,vt tale ſtatutum ad nullitatem,per viam exci-
piendi,vel agendi principaliter ſeorſum, & abſq; mixtura ap-
pellationis non extẽdatur,qñ nullitas eſſet manifeſta ꝑ inſpe-
153 ctionem actorũ,vt in caſibus poſitis.ſ.in 50.q. ¶†Quinqua-
geſimoquinto q̃ritur dato,ꝙ ex ordine ꝓceſſus, ſeu vitio acto
rum,vel ſnĩæ nõ ſit nullitas,ſi tamen ex actis deprehendir̃ ma-
nifeſta iniquitas, & iniuſtitia. an ex hoc poſsit dici ſnĩa nulla?
Spe.in ti.de ſen.§.iuxta.verſi.Item,ꝙ eſt nulla rõne manifeſtæ
iniquitatis.tenet,qd̃ ſic. fa.c.inter cæteras.ſ.ti.j.vbi plene per
Doc.& ꝯclude ꝙ ſnĩa aliqñ cõtinet errorẽ exp̃ſſum,& eſt nul-
la,ſiue ſit error exp̃ſſus iuris, vt d.l.ſi exp̃ſsim.& in d.l.2.C.qñ
prouo. ſiue ſit error facti, vt l.j.§.j.ff.quæ ſen.ſi. appel. reſc. &
ita gl.Bar.& Bal.in l.j.C. de err. cal. & Doc.in c.inter cæteras.
ſ.ti.j.ſi vero ſnĩa fuit erronea.tamẽ nõ fuit error in ead.exp̃ſ-
ſus:tunc valeret ſnĩa ſi nõ fuit appellatũ,vt in c.cũ inter.ſ.tit.
ꝓxi.& ita gl.d.l.j.C.de err.cal.ꝑ illum tex.& idẽ Bar. ibi ꝑ tex.
in l.preſes.ff.de re iud.& in l.2. & ita Panor.in d.c. inter cæte-
ras.dicens,ꝙ licet hoc ſit rł'r verũ, tamen limitatur primo quã
do ſnĩa refert ſe ad acta, ex quibus eſſet error.tũc.n. foret nul-
la,vt l.pe.C.de ſen.que ſi. cer.quan.& d.l.p̃tor.§.j. ff. de re iu.
vbi gl.Secũdo limitar̃,qa licet ſnĩa nõ ſe referat ad acta,ſi tamẽ
colligitur ꝑ acta ad quæ de neceſsitate refertur,vt in libello.ff.
cõi.diui.l.vt fundus.vel quando in ſnĩa lata in cã principali eſ
ſet error,qa tunc ſnĩa lata in cã appł'onis cũ referar̃ ad primã
ſnĩam,diceretur cõtinere eundẽ errorẽ.& iõ his caſibus nõ va
leret ſnĩa,vt d.l.j.§.j.ff.quæ ſen.& ita Bar.in d.l.j.C. de err.cal.
Tertio limita,niſi cã ſit exp̃ſſa ĩ ſnĩa,q̃ foret ĩpoſsibilis,vel tur
pis.tunc.n.ſnĩa redderer̃ nulla,vt hr̃ in c.ꝑ tuas.& in c.ſolet.&
in c.venerabilibus,de ſen.exc.in 6.& ꝑ Arch.11.q.3.nemo.ali
quãdo aũt ſnĩa alias ex falſa cã,quãdo ſit nulla vide per gloſ.&
Doc.in l.ſi is ad quem.ff.de acqui.heredi. & in c.cum Bertol-
dus. de re iudi. Quarto limita quando notoriè conſtaret de
errore,& iniuſtitia,ſeu iniquitate ſnĩæ dato, quod ſentẽtia nõ
ſe referat ad acta,vel aliter in ſentẽtia non ſit expreſſus error.
rõ eſt,qa notorium hr̃ pro expreſsione ſ'm Inno.in c.præſenti.
ſ.de reſcrip.& in c.2.ſ. de dila. & ſic hr̃ perinde ac ſi foret ex-
preſſus error in ſnĩa,cũ notoriũ habeatur pro expreſsione ſ'm
Inno.vt ſ.imo notorium facti plus operatur quam notorium
iuris,vt voluit gl.no.in ver. publice,in cle.j. de ſepul.& eſt di-

ctum.ſ.in 53.q.& facit dicta clem.paſtoralis.§. Piſana, & d. c.
ſolicitudinẽ.§.ſi vero notoriũ.& tenet Pau.in d.cle.paſtoralis.
& Innoc.in c. fraternitatis.j.de fri.& male.ita ẽt Butr. in d.c.
qm̃ ꝯ̃,in pe.co.& Imo.ibi,co.6.in fi.& facit rõ.nã ſnĩa ſuſtiner̃
ꝑꝑ p̃ſumptionẽ iuſtitiæ,q̃ cadit ſub dubio.vbi aũt iniuſtitia eſt
notoria ceſſat p̃ſumptio,& ꝓualet veritas.8.di. veritate.ſed ad
uerte primo intantũ requirir̃, quod iniuſtitia ſit notoria, qd̃
nõ ſufficeret ſi eſſet manifeſta,vt dicũt Doc.ĩ d.c.ꝑ tuas. & ibi
ꝑ gl.vnde manifeſtũ accipir̃ hoc caſu ꝓ notorio ſ'm But.& Pa
nor.& Imo.in d.c.inter cæteras.ꝓ quo ẽt gl.& Ang.in l. ciues.
C.de appel.vbi Ang.idem tenet,ꝙ ſnĩa cõtinẽs manifeſtã ini-
quitatẽ nõ eſt nulla,qa dẽt appellari,vt ibi in tex.ſecus ſi ſit no
toria,vt ibi ꝑ gl.& Ang.qui cõcordant cũ Butr.& Pan.& Imo.
in d.c.inter cæteras.& fa. quod idẽ voluit Bal.in l.ſi.§. ſed & ſi
qs.C.cõia dele. col.4.ver.vel dic, ꝙ aut ẽ exceſſus dubius &c.
Sed an hæc deciſio ꝓcedat patebit.j.in fine huius q̃nis.Secũ-
a do aduerte, ᵃ quia difficultas eſt in cognoſcendo qñ dicatur
iniuſtitia notoria, ſi ſnĩa nõ cõtineat in ſe errorẽ exp̃ſſum, vel
cãm,nec refert ſe ad acta.iõ But.in d.c.qm̃ ꝯ̃,refert Inn. volen
tẽ ibi,ꝙ ſi producantur acta,& ex eis appareat iniuſtitia nõ no
ceret ſnĩæ,ſed But.ibi col.pe.intelligit hoc verũ,niſi iniuſtitia
ſit notoria ꝑ ipſa acta,qa tũc ſnĩa erit nulla,vt in iuribus.ſ.ad-
154 ductis.& idẽ Imo.ibi col.7.in prin.†Sed tu ꝯſidera aliquos ca
ſus in prædictis,nã aliquãdo ſnĩa eſt abſolutoria.& tunc dubi-
tatur, qd ſi ex actis notorie videar̃ cõſtare,ꝙ reus veniebat cõ
dẽnãdus,qa apparebat inſtr̃m de credito, vel teſtes:vr̃,ꝙ tunc
ſnĩa erit nulla ex quo iniuſtitia eſt notoria per acta,& hoc niſi
iudex in ſententia exprimat cãm dicendo,qa cõſtat nõ eſſe ꝓ-
batũ.tunc.n.licet eſſet manifeſte probatũ potuit iudex nõ ad-
hibuiſſe fidem, quia quanta ſit fides adhibenda ꝓbationibus
reſidet in pectore iudicantis.l.3.ff.de teſtib.c.præterea,in fi. ſ.
de teſti.eſt.n.impoſsibile,ꝙ iudex aliqua intellexerit,vel vide
rit ꝑꝑ que non adhibuit fidem. iõ ſententia non erit nulla d.
caſu.& ita But. in d.c.quoniam contra. in penul.col. & idem
Imo.ibi,etiam ſi de motu iudicis nil conſtet ex actis, & his ca-
ſibus per oſtenſionẽ actorum non põt dici conſtare de noto-
ria iniuſtitia. ideo ex quo a ſentẽtia nõ eſt appellatũ, ſtãdũ eſt
ſentẽtiæ,& imputet ſibi pars,q̃ nõ appellauit,quia ex hoc vr̃ p̃
ſumendũ pro iuſtitia ſententiæ, cui pars cenſetur acquieuiſ-
ſe nõ appellando.l.ab eo.C.q̃uo,& quãdo.ſ'm Imo.in d.c.qm̃
ꝯ̃.col.7. in fi. & idem tenet Imo. in d.c. cum Bertoldus.col.9.
in ver.ſecundus intellectus.in fi. Tu aduerte, qa licet ſentẽtia
ſit abſolutoria,tamẽ ex quo iudex retulit ſe ad acta aponen-
do cãm in ſnĩa dicens, qa cõſtat nõ eſſe ꝓbatũ,& ex actis ꝯſtat
eſſe probatum, vr̃ eodem modo,imo fortius,ꝙ ſentẽtia ſit nul
la.nõ ob.ꝙ iudex potuit nõ adhibere fidem probationibus,qa
155 certe hoc nil releuat,vt j.patebit in ſe.caſu.† Aliquãdo, & ſe-
cundo ſententia eſt condemnatoria, & iudex aſſerit eſſe ꝓba-
tũ ꝑ probationes actoris: puta dicit iudex in ſententia, qa per
A.& per B.eſt probatũ,ideo condemno reum, & in actis con-
ſtat eſſe probatũ. dubitar̃ tamẽ an ſentẽtia ſit nulla? Inn. in d.c.
qm̃ ꝯ̃.circa fi.primo arguit,ꝙ nõ:poſtea opponit de c. cũ Ber-
toldus.de re iu.& in illo ꝯ̃rio reſidet,ita ꝙ Inno.vr̃ vlt.loco te-
nere,ꝙ tunc ſententia ſit nulla,& ita tenuit in d. c. cũ Bertol-
dus,qa exp̃ſſum in actis preſumitur expreſſum in ſentẽtia,qm̃
ſentẽtia ſe refert ad acta,l.ait p̃tor.§.j. de re iu. & patet in d. c.
inter dilectos.cũ ibi no.de fi.inſtru.& tenet Cyn.in d.l.j.C. de
err.cal. & eſt caſus in d.c. cũ Bertoldus.ſicut.n. ex actis quo ad
validitatẽ certificar̃ ſentẽtia,quãdo ad illa ſe refert,quaſi tunc
exp̃ſſum in actis cẽſear̃ exp̃ſſum in ſentẽtia,vt d. l. ait p̃tor.§.j.
idẽ ergo, quo ad nullitatẽ inducẽdã cenſear̃ in ſentẽtia exp̃ſ-
ſus error,ex quo ſe refert ad acta,& bene fa.d.c. inter dilectos
& d.c.cum Bertoldus.& ita tenet Butr.in d.c.qm̃ ꝯ̃.col.pe. idẽ
ſequitur But.in d.c.cum Bertoldus, circa mediũ,in ver.quin-
tus caſus,quando ex tenore ſentẽtiæ.nã ꝑꝑ expreſſam relatio-
nem actorũ cenſetur expreſſus error in ſentẽtia,& videtur iu-
dicem allegaſſe animum ſuum ad ſolam probationẽ actorum
ꝑꝑ relationem ad illa ſe reſtringendo. & ita ſequitur Imo. in
d.c.cum Bertoldus.col.9.in ver.ſecundus intellectus eſt.& in
d.c.qm̃ cõtra.co.7.& idem Bal.in d.c.j.de lege Conra.dicẽs,
ꝙ ex quo iudex mentitur in fundamentis ꝓbationum, vel ad
quas ſe refert,non eſt pro eo preſumendũ, arg.l.ſeruo inuito.
§.cum prætor.ff.ad Treb.ita ẽt vr̃ reſidere Bar. in l. prolatã.C.
de ſen.& inter. om.iud.col.3. & ita vr̃ tenendum hoc caſu, ex
quo iudex refert ſe ad acta,licet Bal.aliter ſentiat in in d.l.j.C.
de err.cal.& in l.j.C.de manu.vindic. vbi refert Innocen.in c.
in præſentia. de renun. ſed certe Innoc. non loquitur ibi quã-
do cã expreſſa refert ſe ad acta ꝓut eſt caſus noſter. & ideo me-
lius

---

ADDITIO.

a ¶Secundo aduerte.Adde Do.Phi.Deci.in c.eccleſia S. Mariæ.ſ. de conſti. Col.

lius vr̄ reſidere Bal.in d.l.prolatam.vbi Sal.cū eo reſidet tenen
do,prout ſ̄.concluſum eſt. Pau.tñ in d.c.qm̄ ꝯ. colu.18.volens
reducere opin. ad concordiam, dicit ꝙ ſi iudex expreſſe ſe re-
fert ad acta,procedat dictum Inn.in d.c.cum Bertholdus.ſed ſi
nō referat ſe ad acta expreſſe,licet iudex dicat, quia cōſtat non
eſſe probatum,vel dicat,quia per A.& B. eſt probatum, tñ non
refert ſe aliter ad acta.& hoc caſu procedat Inn. in d.c.qm̄ ꝯ.&
d.c.in præſentia.& Bal.in d.l.j.C.de manu.vindi.& hæc diſtin-
ctio eſt ſatis rōnabilis.ſed aduerte,quia vt dictum eſt ſ̄. Imo.&
But.in d.c.qm̄ ꝯ.faciunt dr̄iam,an ſit ſnīa abſolutoria:quo ca-
ſu ēt ſi refert ſe ad acta,nō erit nulla, licet ex actis cōſtet de no-
toria iniuſtitia,puta quia aderat inſtr̄m debiti. Item erat pro-
batum per teſtes:nam ſm̄ eos potuit iudex non adhibuiſſe fidē
vt ſ̄.eſt dictū.& hoc idem vr̄ velle Im.in d. c. cum Bertholdus.
& in d.ver.ſecundus intellectus. in fi. ſed certe hoc non vr̄ ve-
rum.nam ea rōne,qua But.& Imo.volunt,ꝙ ſnīa cōdemnato-
ria ſit nulla, ſi retulit ſe ad acta eadē rōne idem in abſolutoria:
nam ex quo ſe retulit ad acta iniuſtitia,ſeu error,qui colligitur
ex actis, cenſetur expreſſus in ſnīa propter relationem factam
ad acta in ſnīa,& cenſetur iudex alligaſſe animum ſuum ad ſo-
lam probationem actorum propter relationem reſtringendo
ſe ad illa,prout ſ̄. dicit But. in d.c. cum Bertholdus. & ſ̄. eſt di-
ctum.nec ob.ꝙ iudex ex cā potuerit non adhibuiſſe fidem illis
probationibus,quia certe ſibi nō creditur, nec præſumitur,ex
quo ex actis cōſtat ꝯrium,vt in c.qm̄ ꝯ.in fi.de proba.& in c.cū
ad ſedem.in fi.de reſti.ſpol. & j̄. dicetur in ſequenti memb.ita
ꝙ non eſt dare rōnem dr̄iæ,an ſnīa ſit abſolutoria, vel cōdem-
natoria, cum ſe referendo ad acta vtroq; caſu vitium actorum
cēſeatur expreſſum in ſnīa. rō ergo fauoris liberationis, ſeu in
abſoluendo,per l. Arri.ff.de act.& obl.non militat, ſi error cen
ſet̄ expreſſus in ſnīa.& clarius ēt j̄.patebit. Aliqn̄ & tertio ſnīa
eſt cōdēnatoria ſimpl'r non referendo ſe ad acta:ſed tñ ex actis
apparet iniuſtitia notoria,an tūc ſnīa erit nulla. diſtingue tres
caſus,quia aut actor non probauit plene, & tñ iudex cōdemna
uit reum,aut actor probauit intentionem ſuam: reus vero ſuā
exceptionem plene,& tñ iudex reum cōdēnauit.aut nec actor
nec reus aliquid probauit, & iudex tulit cōdemnatoriam ꝯtra
reum.Primo caſu Bal.in d.l.prolatam.in 2.col.dicit,ꝙ ſi teſtes
actoris dixerint nihil ſcire ſnīa cōdemnatoria erit nulla, ſecus
ſi aliquid ꝓbarent,quia ſufficit,ꝙ iudex habuerit aliquod mo-
tiuum ad pronunciandum, vt ſic ſnīa non ſit ipſo iure nulla.
ar.ff.de iureiur.l.ſi duo patroni.in princ.ita But.ēt in d.c.qm̄ ꝯ.
col.pe.in prin.dicens ꝙ ſi ex actis non colligit̄ iniuſtitia ſnīæ,ꝑ
hoc non eſt nulla.potuit.n.moueri ex alijs,vt in c.in præſentia.
& ibi per Inn.ſ̄.de renun. pro quo bonus tex. in c.cum cām.ſ̄.
ti.prox.ex quo.n.a ſnīa non eſt appellatum,pręſumit̄ pro ſnīa,
vt d.c.in præſentia.& ff.de euic.l. Herennius.§.Caia. & impu-
tet ſibi pars, quæ non appellauit, cū videatur acquieuiſſe ſnīæ
non appellando.C.qūo,& qn̄ iud.l.ab eo. & appellare debuiſti
ſi ſnīa diſplicebat.l.j.C.ſi ſęp.in integ.reſt. poſt. Secundo caſu,
qn̄ reus plene probauit exceptionem peremptoriam, puta per
inſtr̄m,vel teſtes,& tñ fuit cōdemnatus.tenet But in d.c.qm̄ ꝯ.
in pe.col.in prin.ꝙ ſnīa ſit nulla tanq̄ continens notoriam in-
iuſtitiam.ſed Imo.in d.c.qm̄ ꝯ.col.7.dicit, ꝙ forte in hoc poſ-
ſet dici ꝯrium,quia nō vr̄ neceſſario apparere notorie de iniu-
ſtitia,licet in actis appareat inſtr̄m ſolutionis. potuit.n. iudex
habere inſtr̄m ſuſpectum, iō non adhibuit fidem. & ſimiliter
fuit poſſibile iudicem non adhibuiſſe fidem teſtibus, quia va-
cillantes, vel aliter. iō imputet ſibi reus ſi non appellauit, vt ſ̄.
ſm̄ Imo.cuius dictum abſq; dubio poſſet procedere,qn̄ ipſe iu
dex in actis feciſſet deſcribi cām, quare fidem non adhibuit in
ſtrumento,vel teſtibus. ita quod tanq̄ inſtr̄o, vel teſtibus non
debuerit dari fides, cum conſtet ex actis.vñ dicebat Bal. in l.cū
magiſtratus.in fi.C.quando prouoc. ꝙ iudex pro motu animi
ſui pōt non adhibere fidem teſtibus,vel inſtr̄is,vel probationi
bus,dummō cā ſit talis,quæ conſtat ex actis,aliter non credere
tur iudici,ſi non cōſtaret ex actis.& ita ſing.Inn.in d.c.qm̄ ꝯ.&
ſequitur ibi Hoſ.Io.An.& cæteri Doc.in hoc,idem Bar.in l.Lu
cius.ff.de infa.in fi.& idem Bal.ibi,pro quo ēt gl.ſing.in l.quo-
ties.in fi.ff.de proba.vnde in dubio,ſi cā aliqua non conſtat in
ꝯrium ex actis, videretur quod dici poſſet notoria iniuſtitia, ſi
cōſtaret de ſolutione per inſtr̄m, vel teſtes plene probantes. &
hoc caſu procedit dictum But.ſ̄. & reprehenſio Imo.non pro-
cedit, quia iudex præſumit̄ habuiſſe alium animum, q̄ ex actis
appareat.ſimiliter cā ſnīę colligit̄ ex actis,vt in l.ſi quis ad exhi
bendum.ff.de excep.rei iud.& in c.ſi cōfirmationem. de elec.
lib.6.Ex quibus omnibus vr̄,ꝙ ſiue ſnīa ſit abſolutoria,ſiue cō-
demnatoria, ſemper notoria iniuſtitia reddat, ſnīam nullam.
& illa rō ꝙ iudex ex aliqua cā potuit non adhibuiſſe fidem pro
bationibus non procedit ſi cā ꝯria non cōſtat ex actis, vt ſ̄.& ēt
tenet Imo.in c.cām quæ.ſ̄.de re iud.circa fi.licet Inn.& Bu.ibi
aliud ſentiant. & dato quod ſ̄. dicta determinatio procederet
de iure,de quo tamen j̄.dicetur in ſe.membro, tamen debet ſa
ne intelligi,quia oportet,quod iniuſtitia ſit notoria,& nō ſuſ-
ficeret,ꝙ ſit manifeſta,prout ſ̄.eſt dictum.multa.n.allegantur
notoria,quæ non ſunt.ita tex.no.in c.cōſuluit.ſ̄.eo.ti.oportet
ergo,quod iniuſtitia ſit ita notoria, ꝙ nulla excuſatione celari
poſſit.c.fi.j̄.de cohab.cler. & facit quod in ſimili no.Bald.in l.
data opera.C.qui accu.non poſ.quando nullitas eſt velata, vel
patens.¶ Aliquando & tertio,actor, & reus nihil probant, tūc
aut quæris de ſnīa abſolutoria,& valet, quia actore non probā
te reus abſoluitur,ēt ſi ipſe reus nihil probauit.ſ̄.de probat. c.
ex lr̄is.l.qui accuſare.C.de eden. ſed Bar.intelligit quod iudex
non debet procedere ad ſnīam abſoluendo reum,niſi prius da
to termino actori ad probandū. alias non elapſo termino, vel
alias non dato,non pōt dici de cā liquere iudici. Item non pōt
dici actorem nō probaſſe,ſi ſibi nullus terminus ſit aſſignatus.
ita Bar.ſing.in l.ſi de meis.§.fi. in fi.ff.de arbi. & in l.properan-
dum.§.j.verſi.oppono tertio & vr̄,C.de iudi.& ita Imo.in c.ec
cleſia S.Mariæ.ſ̄.de cōſti.circa medium. & Bal.in l.prolatam.
C.de ſen. cū non aſſignata dilatione ad probandum non poſ-
ſit dici actor in mora.& idem tenet Bal.in l.ab eo.C.qūo,& qn̄
iud.in ver.oppono ꝙ ſi eſt indefenſus. quod tene menti, quia
habetis qualiter intelligantur illa iura dicentia, actore non ꝓ-
156 bante reus abſoluitur,de quo j̄.Si vero quæris de † ſnīa cōdem
157 natoria,an valeat nullis factis probationibus. Conſidera † tres
caſus, primo quando nullis datis dilationibus ad probandum
fert̄ diffinitiua.Bar.in d.l.properandum.§.j.& in d.l.ſi de meis.
§.fi.vr̄ velle, ꝙ media cāæ, & ſic dilationes ad probandum ſint
de ordine ſubſtantiali, & ſi omittantur ſnīa ſit nulla, quia non
dato termino nō pōt dici de cā liquere,ſm̄ Bar.& ſi non liquet
de cā,tunc ſnīa abſq; cāæ cognitione eſſet nulla.vt d.c.cū ex li-
teris.in verbo,proſpeximus.vbi hoc no.Doc.C.de ſent. & in-
terl.om.iud.l.ſi ſtipulatione.& per gl.in d.l.prolatam. & hanc
partem ꝙ nullis datis dilationibus ſnīa ſit nulla, ſequitur Bal.
in d.l.ꝓlatā. & ita vr̄ tenere Imo.in d.c. eccleſia.vt ſ̄. & ꝙ ſnīa
ſit nulla, ſi iudex proceſſit ad ſnīam non data copia parti ad ſe
defendendum.tenet Panor.in d.c.eccleſia.col.5. adducens di-
ctum Inn.in c.tua.in fi.de cohab.cler.Sed aduerte, quia prædi-
cta determinatio non tranſit abſq; dubio. nam fatendum eſt,
ꝙ ſnīa abſq; cāæ cognitione ſit nulla,vt ſ̄. ſed tamen dr̄ ſatis cā
cognita,quādo eſt lata præſente parte, vel citata. ita tex. no.in
l.in cāæ.§.cā.ff.de mi. licet ergo dilationes ad probandum ſint
de iuſtitia, tamē non ſunt de ordine ſubſtantiali. hinc eſt, ꝙ ſi
omittantur, aut ſi nimis abbreuientur, eſt proditum remediū
appellationis non nullitatis.c.j.ſ̄.de dila. Nec obſt.ꝙ non pōt
dici reum,vel actorem non probaſſe,aut non eſſe quid ſibi im-
putet̄,aut non eſſe in mora, ex quo nulla dilatio ad probādum
eſt aſſignata, qa certe nō ſic,cū poſſint fieri probationes abſq;
vlla dilatione data ad probandum, & valeret dilatio abſq; ter-
mino.l.in crimine.& ibi Bar.ff.de adul. vnde ſatis dicūtur eſſe
partes in mora,ſi nō probant incumbentia,cum hoc poſſint fa
cere abſq; termino. Non ob. ꝙ nō data dilatione non pōt dici
de cā liquere iudici, vt ſ̄.quia non ſit cognitum, cū dicatur de
